



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

II. De abstinentia virtute.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

rudini affinis est clementia, quæ concitatum animum cohibet, ne in punitione externa excessum committat, tamen si punitione ita cohibita, via vili difficultas est in externa punitione moderanda. Ob quam causam sæpè manufactudo, & clementia pro eadem virtute usurpantur. Modestia moderationem constituit in externis corporis moribus, cui vicina est parcitas, quæ externarum rerum usum ad corpus pertinentium, ut sunt vestes, ornatus, & similia moderatur. Eutropia modum constituit in ludis, & iocis, ne vitia id quod ad animi relaxationem, & humanum conuictum decet ea usurpes.

Quoad vitia attingit Temperantiæ, virtutibusque ei annexis opposita, latè & optimè agit D. Thom. 2. 2. q. 142. & seqq. Ex illo accipit virtutis Temperantiæ perfectioni opponi suporem, seu insensibilitatem, cum scilicet refugis delectationes tactus sumere, ubi, quando, & sicut oportet. Quod vitium vtpote inclinationi naturali aduerlum raro contingit. Vti Philosoph. 2. Ethicor. cap. 7. aduertit. Eritque peccatum mortale, vel veniale pro qualitate obligationis rei delectabilis repudiata. Etenim si debitum coniugale reddere, vel delectationem sustentationis necessariæ sumere recusas, graue peccatum committis, leue autem si solum delectationem sub veniali obligantem respuas. Vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 142. art. 1. Caietan. verbo, *In sensibilitas*. Gregor. de Valen. 2. 2. disp. 9. q. 3. pun. 1. initio. Lessio. lib. 4. cap. 1. dub. 3. n. 12.

Per excessum autem Temperantiæ opponitur intemperantia, cum delectationes gustus, & tactus in cibo, potu, & venere sumis, vel experis quas non expedit; vel plusquam expedit, aut quando non expedit, eritque peccatum mortale, vel veniale iuxta materiam grauitatem, vel leuitatem. Continet autem hæc intemperantia diuersas vitiorum species (sicut Temperantia continet diuersas virtutes) nempe Gulam, Ebrietatem, & Luxuriam. Gula opponitur Temperantiæ in cibo, quæ dicitur abstinentia; ebrietas sobrietati, quæ est Temperantia in potu; luxuria castitati, seu pudicitia, quæ est Temperantia in venere. Quæ vitia teste Aristot. 3. Ethicor. cap. 12. nimis probrosa sunt & infamia: Est enim brutorum proprium ad cibum, potum & venere solo appetitu absque ratione ducere moueri. Continentiæ verò opponitur incontinentia, cum voluntas passione sensitiui appetitus maxime concupiscibilis excitata deficit à firmitate, quam iuxta rectam rationem habere debet. Est peccatum mortale, vel veniale pro ratione obiecti à cuius firmitate deflectis. Vti aduertit Caietan. verbo, *Incontinentia*. Humilitati superbia aduersatur, quæ consistit in appetitu honoris, & excellentie indebitæ, estque vitium capitale, quia plerumque peccatorum causa est, & origo. Estque ex se peccatum mortale, tamen aliquando veniale fit. Vt bene expendit Valon. disp. 9. q. 3. punct. 1. post med. Eadem humilitati per defectum aduersatur deiectionis animi, seu pusillanimitas, cum nulla ratione ductus viliora, & abiectiora appetis, quam quæ tuum gradum, statum, & conditionem decet. Quod vitium est per se veniale fit, potest esse mortale, si ob eius causam alicuius grauis præcepti obseruationem omittas. Studiōsitati aduersa est curiositas consistens in appetitu immoderato sciendi, & cognoscendi quæ nec sciri expediunt, nec quando expediunt. nec proxi expediant spectato statu, officio, & conditione personæ: ideoque pulchrè docet D. Thom. q. 167. quadrupliciter in studiōsitate peccare potes ex parte rei cognoscenda; si scire velis quæ humanam facultatem moraliter excedunt iuxta illud Ecclesiast. 3. *Altiora te ne quaeris*, & fortiora te ne scrutaris furis, Quo peccato Magi, & incantatores, vanique obseruatores afficiuntur. Deinde si velis scire vana, & inutilia, & nullo fini honesto deferentia; uti contingit cum schedas legis, secreta proximorum inuestigas. Secundo ex parte finis, si scire cupis, ut superbiā foueas, ut proximos decipias, iniustitiamque committas. Tertio si à Demone, cuiusque ministris scientiam expetas. Quarto si contra Dei, Superiorumque voluntatem studiis incumbas, ut contingit, cum ob eorum causam præceptis impositis non satisfacis. Quæ omnia ex se constar graui peccata esse. Manufactudini ita aduersatur, quæ est appetitus vindictæ, quæ non expedit, vel quando non expedit. Estque capitale vitium, quia ex co rixa, indignatio, clamor, contumelia, blasphemia, peritium, aliæque familia nascuntur. Vt tradit D. Gregor. lib. 31. moral. cap. 7. Item clementiæ opponitur crudelitas, & feruitia quæ modum punitionis excedit. Si autem excessus ita crudelis sit, ut indicet, & declaret te in eo delectari, non solum crudelis, sed ferus, & ferus nominaris, quia ferarum est proprium ex aliena vastatione delectationem sumere. Sicuti norauit D. Thom. 2. 2. q. 159. art. 1. & 2. Quod vitium constat de se mortale esse. Modestie per excessum aduersatur immodestia consistens in immoderato usu sensuum & potentiarum, & rerum omnium quæ ad corpus pertinent. Per defectum verò modestiæ opponitur negli-

gentia in adhibendo eo potentiarum usu, eoque corporis ornatu, quem tuus status, & personæ dignitas, aliæque circumstantiæ exigebant. Hoc vitium per se veniale est, ex accidenti mortale esse potest. Denique Eutropiæ per excessum opponitur immoderatus ludus, & iocis, cum scilicet ludis, & iocaris plusquam expedit, vel quando non expedit. Quod vitium est ex se veniale fit, si tamen fiat in graue rei, tuorumque damnum, occasioque sit alicuius præcepti grauis violandi, mortale erit. Per defectum verò opponitur Eutropiæ rusticitas, cum scilicet te sic aggressum, & iniucundum ostendis, ut aliis molestus sis, eorum recreationem honestam impediens, aut illi non cooperans aliquid agendo, vel dicendo, cum id spectatis omnibus circumstantiis maxime expedit. De quo vitio agit pulchrè Philosoph. lib. 2. Ethicor. cap. 7. & lib. 4. cap. 8. & D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 4.

PUNCTUM II.

De Abstinentia Virtute.

Explicatâ naturâ Temperantiæ in genere oportet, ut eius partes sigillatim explicemus, & vitia illius opposita declarem. Partes igitur Temperantiæ diximus esse Abstinentiam, sobrietatem, castitatem, & pudicitiam, quibus opponuntur gula, ebrietas, & luxuria.

Abstinentia à cibi immoderato usu, est propriè Temperantiæ; quod ieiunium, lege naturæ seruandum est. Nunciam enim licet immoderare cibo vti: de qua Abstinentia, Punct. præcedenti diximus. Alia autem est Abstinentia à cibo, quæ naturæ ieiunium vocatur, cum quis ab omni cibo, & potu abstinat, quæque pro sumptione Eucharistiæ diximus requisita esse. Tandem est Abstinentia à cibo ex præcepto Ecclesiæ præscripta, quæ ieiunium Ecclesiasticum nuncupatur, de qua in præsentem agendum est.

§. I.

De his quæ sub præcepto Ecclesiastici ieiunij continentur, & maxime de Abstinentia à carnibus, ouis, & lacticiis.

1. Ieiunium lege Ecclesiastica indici potest.
2. Tria sub lege ieiunij continentur.
3. Abstinentia à carnibus est præcipua ieiunij materia.
4. Qualiter Abstinentia ab ouis, & lacticiis sit materia ieiunij?
5. Sit hæc Abstinentia sub graui præcepto indita? Negat Fagund.
6. Contrarium longè probabilius est.
7. Opposita argumenta disiuuntur.
8. Non est licitum diebus ieiunij esu Lardi porcini, Anserumque pinguedinis.

Ecclesiasticum Ieiunium appellamus Abstinentiam à cibo diuturniorem eâ, quam communis Temperantiæ præscribit norma, itidemque ab aliquibus cibis delicatioribus. Possit autem Ecclesiam hoc præcepto suos fideles obstringere veritas Catholica docet, quam pluribus exornat Gregor. de Valen. disp. 9. quæst. 2. punct. 1. & 2. Etenim ieiunium carnem domat, mentem eleuat, virtutem confirmat, ac proinde honestissimum est, & ab Ecclesia merito præcipiendum.

Igitur in præcepto ieiunij Tria continentur. Primum à Abstinentia à carnibus, aliisque cibis. Secundum, Abstinentia ab altera refectione. Tertium, tempus refectionis determinatum. Sicuti tradit ex omnium sententia Syluest. verbo, *Ieiunium num. 9.* Caietan. ibi. Anzor. 1. 1. lib. 7. cap. 8. quæst. 3. Bellarmin. de bonis operib. in partic. lib. 2. cap. 1. Gregor. de Valen. 2. 3. disp. 9. quæst. 2. pun. 1. circa medium. Lessio lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 8. Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 1. n. 2. Fagund. lib. 4. de quinque Eccles. præcept. cap. 2. num. 1. & seqq.

Quoad primum attingit communis est Ecclesiæ sensus; nemine refragante abstinentiam à carnibus, esse præcipuam ieiunij materiam, neque vllibi, esse consuetudinem contrariam.

Huic abstinentiæ addidit Gregor. I. relatus in cap. denique dist. 4. abstinentiam ab ouis, & lacticiis. Par (inquit) est ut quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omni quoque qua sementinam carnis trahunt originem ieiunemus, lacte videlicet, caseo, & ouis. Hæc ab ouis, & lacticiis abstinentia pluribus in locis maxime extra quadragesimam consuetudine abrogata est, teste D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 2. Abbate in Rub. de obseruat. ieiunij. n. 5. Nauarr. in sum. cap. 2. 1. à num. 3. Gregor. de Valen. disp. 9. q. 2. pun. 3.

De A. circa

tenta illis tribus capitibus videlicet *cap. Scythicus. cap. Quadragesima. & cap. Denique.* Communi vsu approbata non esse. Non enim approbatur est quod à Quinquagesima quadragesimali ieiunium incipiat, sed à Quadragesima, vel quatuor ante retro diebus. Neque item approbata est Dominici quadragesimalibus carnes edere, neque à piscibus delicatioribus abstinere, aut vino vitis ideoque hæc non obseruantes transgressionis reos non arguunt. Non tamen intendit Gratian. negare aliqua quæ in illis capitibus continentur vsu communi approbata esse, siquidem abstinencia à carnibus ab omnibus prouincijs, in diebus ieiunij approbata est; abstinencia verò ab ouis, & lacticijs communiter est approbata, tametsi in aliqua Prouincia, vt in Belgio, vel Portugalia approbata non sit; illa ergo particula (hæc) refertur ad contenta in illis tribus capitibus, vt apertius significat Gratianus in glossa finali dicens quod hæc tria capita supradicta, præstatque hunc sensum, hæc omnia in tribus capitibus superioribus contenta vsu communi approbata non sunt: ad cuius propositionis, vt potest vniuersalis negatiua veritatem sufficit non esse approbaram inceptioem ieiunij quadragesimalis à Quinquagesima, quod erat præcipue in illis tribus capitibus contentum. Ad secundum concedo facile dispensari Pontificem in esu ouorum, & lacticiorum, iecus in esu carnijs non tamen in inferitur seclusa dispensatione, esum ouorum & lacticiorum non esse grauius prohibendum, sicuti ex eo quod in impedimento abinitatis matrimonio superuenientis facilius dispensat Pontifex, quam in prædicto impedimento ante matrimonium contracto, colligi non potest grauem obligationem abstinendi à debiti petitione ex eo non oriri. Dispensat namque Pontifex facilius in esu ouorum, & lacticiorum, quia est materia secundaria, & minus principalis ieiunij, sicuti olim erat piscis, & vini potus. Ad primam confirmationem admittimus esum ouorum, & lacticiorum prohiberi, quia à carne trahunt originem, inde tamen solum fit intra limites peccati mortalis non ita rigidè prohiberi, & puniri, sicut non ita rigidè prohibetur violatio ieiunij per duplicem refectionem, vel per refectionem anticipatam, sicuti per esum carnis: & sicut non ita rigidè punitur violatio excommunicationis in rebus humanis, quam in Diuinis, & in vsu iurisdictionis, quam in vsu Ordinis, & violatio interditi ob sepulturam in cæmeterio, quam ob sepulturam in Ecclesia, tametsi omnia hæc sub graui præcepto prohibeantur. Ad secundam confirmationem neganda est sententia; nam est dispensatus in esu carnijs censeatur dispensatus in duplici refectione, abique ieiunij obseruationibus, non inde colligitur dispensatum in esu ouorum in illis esse dispensatum; quia esus carnijs est præcipua, & principalis materia ieiunij secundum omnium sententiam, cui relique obseruationes sunt accessoriae, & contrae principali, mirum non est quod accessoria corruant. Secus verò est in esu ouorum, & lacticiorum, quæ solum secundario, & minus principaliter prohibeantur, ac prout cessante illius prohibitione, non inferitur cessare prohibitionem duplicis refectionis, & anticipatijs prædictis. Sicuti è contra permissa duplici refectione non inferatur permissum esse carnis esum, imò nec ouorum, & lacticiorum. Ad postremam confirmationem fateor occasionem prohibendi oua, & lacticia in diebus ieiunij quadragesimalis esse, quia à carne originem trahunt, eamque rationem æquè in ieiunijs extra Quadragesimam, & in diebus abstinenciae procederet; sed quia prohibitio dicti *cap. Denique* sola ieiunia quadragesimalia respicit, eà de causa ad alia ieiunia, & abstinencia extendi non debet ob identitatem rationis; quia lex prohibitiua, & pœnalis ob rationis identitatem non extenditur ad casum sub legis verbis non comprehensum: vt diximus. *1. p. tract. 3. de legib. disp. 5. pun. 3. §. 4.*

Secunda difficultas est: An illis diebus abstinencia, vel ieiuniorum, quibus ex privilegio, vel consuetudine licitas est ouorum, & lacticiorum esus liceat edere saginæ, seu laridum porcini, anserumque pinguedinem? Affirmat Glossa in *cap. Presbyter. 82. dist. verbo, sagimine, & in cap. Admonere 33. quest. 2. verbo, carnem. Hostiensis in sum. Rub. de obseruat. ieiuniorum. Abbas in cap. consilium de ludicris. Syluest. verb. ieiunium. q. 5. Fagundes lib. 4. de præceptis Ecclesiæ, cap. 3. in fine. & inclinatur Azor. *1. lib. 7. cap. 10. q. ult.* Probari potest argumento adducto à Glossa in *d. cap. admonere*: Nam sagimen permissum, cui permittuntur oua, & lacticia dicti *cap. Presbyter.* Verum supradicta sententia admittenda non est, nisi illis in locis, in quibus ob penuriam olei, consuetudine, vsuque communi fuerit approbata. Vti in Galliciana, Ouetensi, Belgica, & Peruana Prouincia refertur approbata esse. Nam sagimen, seu laridum porcini, anserumque pinguedo, si attendit consideretur, non ex carne trahit originem, sicuti oua, caseum, & lac, sed est ipsa caro pinguis liquefacta. Non igitur ex concessione illorum quæ à carne trahunt originem censeri debet sagimen concessum. Quare Doctores asserentes sagimen concedi,*

cui oua, caseum, & lac conceduntur intelligendi sunt non de sagimine, seu larido porcino, sed de sagimine ex lacte facto, quod butyrum appellatur vulgò *mantaca de gnanado.* Sicuti notat Villalob. in *sum. 1. p. tract. 23. difficult. 8. in fine.*

Superiorem tamen sententiam aduertit Paul. Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. n. 4.* Ad triplicem effectum professe. Primò vt facile dispensent in saginis esu cum pauperibus dispensent. Secundò ne diuites illo videntes in cibis condendis peccati mortalis reos iudicent; videtur enim esse leuis materia. Tertio seculos, & ancillas loco butyri sagimen adhibentes ad Domini Imperium, cui non facile possunt contradicere, ab omni culpa excusari.

§. II.

De abstinencia à duplici refectione sub præcepto ieiunij contenta.

1. Præcipitur ne bis comedas.
2. Declaratur supradictum præceptum.
3. Ex sumptione illorum qua non sunt insubstantia corporis refectioni, ieiunium non violatur.
4. Potus interdicitur non est in die ieiunij, sicut si cibo mixtus sit.
5. Refectioneula in die ieiunij permittitur.
6. Qua qualitas in eà seruanda sit?
7. Qua quantitas?
8. Violatur ieiunium per secundam refectionem, non violatur in tertia.
9. Temperatur ne procedat, cum per ignorantiam, seu inaduerentiam secunda vice comedit. Sed non admittitur.
10. Quid si tentaculum sufficiens sumperis.

Alterum ieiunij requisitum, est non repetita comestio, hoc est vt intra diem naturalem ieiunij, non amplius quam semel corpus cibo reficias. Non enim tibi præcipitur comedere, vt falso quis existimauit, sed casu quo comedas ne amplius quam semel facias. Ideoque hoc præceptum potius negatiuum est, quam positiuum, vt testatur Reginald. *1. p. tract. lib. 4. n. 179. Basil. 1. once. lib. 4. de matr. cap. 8. num. 3. Salas de legib. disp. 9. sect. 1. num. 12. Torrez de iustit. disp. 9. dub. 2. n. 10. Vazq. 1. 2. q. 77. art. 6. n. 21. Angles. q. 9. de ieiunio. difficult. 6. dub. 4. Ioann. Sanch. disp. 34. Selectar. n. 41. Villalobos. tract. 23. difficult. 6. n. 6.* Esse autem de ratione ieiunij non repetitam comestionem, docent communiter Doctores. D. Thom. *2. 2. q. 147. art. 6. Gabriel. dist. 16. q. 3. art. 5. Abulen. in Matr. 6. q. 165. Abbas in Rub. de obseruat. ieiunij. n. 3. Caiet. in sum. verbo. ieiunium. vers. vnica comestio. Belarmin. de Controvers. Christiana. filei. Controvers. 3. lib. 2. c. 2. Petr. Zencelo de 99 Canonis cap. 41. initio. Medina de ieiunio. q. 1. Azor. 1. lib. 7. cap. 9. q. 1. Gregor. de Valen. disp. 9. q. 2. pun. 3. post initium. Lessius. lib. 4. cap. 2. dub. 2. n. 9. Layman. lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. num. 4. Fagundes de 4. Ecclesiæ præcepto cap. 4. n. 1. & alij. Et licet in iure hoc requisitum satis expressum non sit, vt rectè aduertit. Couarru. *lib. 4. Vexariar. cap. 20. n. 11.* Communi tamen vsu, & consuetudine firmatum est: vnica enim comestionis permissio corporis sustentationi expedit, ne natura amplius quam pat est grauetur, plurius verò prohibitio carnis castigatiõni deseruit. In hac autem refectione Ecclesiastico præcepto nulla quantitas designata est, nec fuit conueniens designari, alijs enim plus, alijs minus expedit. Semper tamen naturalis Temperantia regula seruanda est, cuius limites si excedas non præceptum Ecclesiasticum, sed naturale violabis pro materia grauitate. Vt rectè aduertit S. Thom. *2. 2. q. 147. art. 6.**

Hinc inferes, ad violandum ieiunium opus esse comestionem repetitam, quæ corpori humano reficiendo apta sit. Quapropter si sumpta refectione à mensa furgas aliud negotium breuiter expediturus animo tamen reuertendi, & refectionem continuandi, ieiunium non violabis, quia illa refectionis secunda sumptio eadem cum prima est communi hominum estimatione censetur. Sicuti docet Caiet. in sum. verbo ieiunium, §. accidit tamen. Nauarr. *c. 21. n. 15. Reginald. 1. p. tract. lib. 4. n. 177. Azor. 1. p. lib. 7. c. 9. q. 2. Gregor. de Valen. 3. disp. 9. q. 2. pun. 3. post princip. Lopez. 2. p. instr. forij. c. 12. fol. 708. Toler. lib. 6. c. 2. n. 5. Filluc. 2. p. tract. 27. c. 2. n. 41. Ioann. Sanch. disp. Select. disp. 52. n. 4. Paul. Layman. lib. 4. de iustit. c. 2. dub. 2. n. 11. Fagundes de 4. Ecclesiæ præcepto. c. 4. n. 3.* Quòd Ioann. Sanch. extendit, quàmuis spatium duarum horarum intercesserit: cui fauet Angles in *4. disp. 6. de vnica comestione art. 2. difficult. 1. fol. 433.* dicens coactum surgere à mensa non expleto prandio licitè posse resumere, quàmuis mora notabilis intercesserit; quia ex intentione videtur continua comestio, & moraliter vnica. Sed est nimia extensio, & nullo modo sustinenda, vt potest

apra

apra ad euertendam ieiunij austeritatem : aliàs si ex sola intentione illa secunda cibi refectio eadem cum prima censetur , sicuti spatium duarum horarum comestionem non interrumpit , neque etiam trium , vel quatuor horarum spatium interrumpere valebit . Quapropter duo censo requisita esse , vt secunda cibi sumptio eadem sit cum prima , nempe ita parum ab illa distare , vt spectatà communi opinione non censatur duplex comestio , sed vna , & insuper ne ex intentione prandentis diuidatur . Nam licet Lessius *d. lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 12.* censeat te non violaturum ieiunium , esto animo non reuertenti à mensa surrexeris casu quo prandium finitum non sit , quia mutata intentione prandium continuare potes verius cum Laym. Nauarr. Valen. aliisque Doctoribus oppositum censo , quippe comparatione tui illa prima cibi sumptio perfecta , & integra fuit , & omnino absoluta , & integra , quam dimidiare , imperfectam reddere nequit noua intentionis reuocatio .

3. Secundo infer ex sumptione illorum quae non sunt instituta corporis refectio , & nutrimento ieiunium non violari . Quocirca non violas ieiunium lectuaria sumens , cum cibi necessaria sunt aegritudine medendae , vel praecauendae . Vti ex communi docet D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 3. & ibi Caietan. Gabriel. in 4. dist. 16. q. 3. art. 3. Paludan. dist. 15. q. 4. art. 4. Syluest. verbo *Ieiunium* quest. 3. Abulen. *Maith. 6. q. 178.* Nauarr. 2. 2. n. 12. Valen. dist. 9. q. 2. pun. 3. post initium Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 10.* Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 1. n. 7.* Quippe eo casu medicamenta sunt , non alimenta . Secus esset si seclusa illa necessitate sumerentur , quia tunc non medicamenti , sed alimentum rationem haberent . Vt bene aduertunt D. Thom. Lessius , & Layman. *suprà.* Ob eandem rationem licitum est ne noccat potus tibi necessariò sumendus , frustulum panis , alteriusque cibi sumere , quia ea sumptio non in alimentum , sed in medicinam facta censetur . Sicuti ex communi docet S. Thom. in 4. d. 15. q. de *ieiunio* lib. 4. Syluest. q. 3. Nauarr. cap. 21. n. 13. Azor. *lib. 7. cap. 10. q. 7. in fine.* Viuald. de *ieiunio* cap. 15. n. 43. Ioann. Sanch. *aliis relatis dist. 51. n. 3.* Lessius & Layman. *locis citatis.* Item si prandium tibi differendum est ultra communem horam potes aliquid cibi sumere , ne vires deficiant , neue stomachi dolore premaris , quia illius cibi sumptio medicina censetur : vti ex benigna Ecclesiae interpretatione notauit Nauarr. cap. 21. num. 13. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 9. q. 1. Tolet. *lib. 6. cap. 1. num. 5.* Saa. verbo *ieiunium* n. 8. Valen. Lessius , Layman. *loc. cit.* Ad idem est si tempore quo alij prandunt tu lecturus , vel ministraturus esses , potes aliquotulum cibi sumere , ne viribus deficiens minus apte officium exequaris . Sicuti docuerunt Nauarr. n. 13. Azor. c. 9. q. 1. Valen. *punct. 3. post initium* Layman. cap. 1. n. 7. Fagund. cap. 4. de *ieiunio* n. 2. Lessius. *dub. 2. n. 10.* & alij . Praeterequam quod Lessius , & Layman. praedictos excusant ex eo quod illa sumptio cibi est quaedam prandij inchoatio ob iustam causam interrupti , & postmodum continuati . Sed hoc mihi non probatur aliàs licitè tibi esset prandium sufficiens sumere intentione illud continuandi & perficendi , lectione , vel ministratioe peracta . Praeterea excusantur à ieiunij violatione cibos praegustantes , ne inepti , & insipientes infirmis , vel suis Dominis apponantur , quia non praegustant in alimentum , sed in pietatis obsequium , & muneris iniuncti executionem . Vt docuit Innocent. in c. 1. de *obseruat. ieiunij* . Abbas in *Rub. de obseruat. ieiunij* . Azor. *dicto c. 9. q. 1.* Fagund. n. 2.

Ex eodem capite excusatur ab omni culpa Medina in *sum. lib. 1. cap. 14. §. 10.* Fagund. de *ieiunio* cap. 4. n. 3. eos qui rogati ab amicis aliquid sumunt , ne iuribani videantur . Sed displicet haec excusatio , quia petri illa amici iniqua est , vt potè Ecclesiastico praeccepto aduersa , ac proinde insufficientis ad sumptionem cibi honestandam . Vt bene docuerunt Palud. in 4. d. 15. q. 4. art. 2. & ibi Richard. q. 3. art. 4. D. Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 6. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. Syluest. verbo *ieiunium* q. 3. Nauarr. cap. 21. num. 13. Azor. *lib. 7. cap. 9. q. 1.* Ad summum quum haec excusatio sustineri posset , si statim post prandium ad petitionem amici aliquid sumas , quia ea sumptio pars prandij censetur . Vti dixit Emman. Saa. verbo *ieiunium* n. 8.

4. Porò etsi antiquo tempore potus & maxime vini in die ieiunij interdicitus esset , atamen praesent tempore , spectatà Ecclesiastica lege , permissus est siue ante prandium , siue post prandium in qualibet hora dici . Quòd adeò verum est , vt etiam si sumatur potus non tam gratia sitis sedandae , alimentum distribuendi , quam corpus reficiendi , & nutriendi , aduersus Ecclesiae Praecceptum non procedes : vt rectius notauit S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. Paludan. in 4. d. 15. q. 4. art. 4. *prope finem.* Nauarr. cap. 21. n. 13. Angles de *ieiunio* q. 9. art. 2. *diffic. 2.* Fagund. cap. 2. num. 19. Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 2. n. 10.* Layman. *lib. 4. sum. tr. 8. cap. 1. n. 7.* Quia Ecclesia solum prohibet sumptionem illius quod per se est alimentum , potus autem non per se , sed ex

accidenti nutrit , cum per se ad distribuendum alimentum , sanguinemque refrigerandum referatur . cuius natura ex intentione sumens mutari nequit . Quòd si aqua , aliue liquor potabili cibum immisceas , vt contingit in vino cocto , & chocolate , nullatenus illo vti poteris extra prandium , quia poculum illud aequè cibum , & potus est , & per se ad nutriendum referatur . Vti notatur . Paludan. in 4. d. 15. *quest. 4. art. 4. conclus. 1.* Rosella verbo *ieiunium* n. 3. Tabiena eodem n. 4. Azor. *lib. 7. c. 10. q. 7.* Fagund. de *ieiunio* c. 2. n. 10. & c. 4. n. 14. Layman. *lib. 4. sum. tr. 8. c. 1. n. 7.* Villalob. in *sum. 1. p. tract. 28. diffic. 8. n. 15.*

Rursum ex praescripta consuetudine refectiuacula notata aeterna vulgò appellata collatio in die ieiunij permittitur , ne vires nimium deficiant , somnumque capi possit . Et licet aliqui robustiores sint , eaque ad praedictos effectus non indigeant , adhuc sumere illam possunt , quia consuetudo ob frequentem hominum necessitatem eam omnibus iudicis criminatim permittit teste . D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. Caiet. *ibi* Nauarr. cap. 21. n. 12. Couarr. *lib. 4. Var. cap. 2. n. 11.* Azor. *p. lib. 7. cap. 8. q. 4.* Fillucius 1. 2. tr. 27. cap. 2. n. 1. Illius tamen qualitas , & quantitas ex vtu , & consuetudine regionis desumenda est , vt bene relato Abbate Rubrica de *obseruat. ieiunij* col. 1. notauit Laym. *lib. 4. sum. tr. 8. c. 1. n. 8. §. 2.*

Qualitas huius collatae sunt herbae , abortiuum fructus etiam melle saccharove conditi , ad dno pane . Vt rectè tradit Azor. 1. p. lib. 7. cap. 8. q. 7. Qui q. 8. censet iuculum ex fructibus , herbis , & pane sumi posse . Cui consentit Bonac. *disp. ult. de praec. Ecclesia 9. punct. 3. n. 3.* Neque reputat improbabile Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. n. 8.* Si enim in iuculo continentur tantum ea res quae impermixtae , & incoctae sumi in cenula possunt , credendum non est ex sola mixtione , & coctione ineptas cenulae reddi . Deinde addit Azor. d. q. 7. sumi posse pisciculum paruum . Quinimò Bonac. *dicto punct. 3. num. 3.* censet leuam partem piscis maioris posse sumi , & generaliter muretam huic cenulae aptam reputat quae quilibet cibum in die ieiunij non prohibuit , ideoque in hac cenula non cum esse spectandam qualitatem quam quantitatem . Praeterea Caietan. verbo *ieiunium* cap. 1. in fine dicitur . Non referi quid quisque in serotino ientaculo sumat , si modum non excedat . Praeterea Ioann. Sanch. in *disputat. selectis* addet affirmare integram mediam libram ex placentis , saccharo , & ouis confectis vulgò *viscochos* qui comuntur venduntur Martiri sumi in collatiuella posse , quia modicissima pars oorum eis obtingit , & minus famem extinguunt quam oorum fructus saccharo conditi . Caeterum supra dicta nullatenus probanda censo , cum nulla ostendi possit consuetudo legitime praescripta , qua praedicta permittantur . Certum nanque est vt bene aduertit Layman. *dicto cap. 1. n. 9.* ipsa coctionem materiam subiectam diuersam facere , & nutritioni aptiorem , ac proinde mitum non est quod aliquid crudè & incoctum permittatur , secus coctum , conditum , & permixtum , sicut è contra potest aliquid coctum , & permixtum permitti quod incoctum , & impermixtum prohibetur , vt contingit in placentis ex saccharo , & ouis confectis , quae in leui quantitate permittuntur , cum tamen ouis in nulla , etiam minima quantitate permessa sit . Quocirca in hac parte consuetudini , vsuque timoratorum virorum haerendum est . Cum autem nullibi sciam consuevudinem praescriptam esse sumendi pisciculos paruos , vulgò olitas , camonnes , accedias , nullatenus id licite poteris , vt rectè docet Layman. *dicto cap. 1. num. 9.* Fagund. de *ieiunio* c. 4. n. 8. Villalobos *tract. 2. diffic. 7. n. 3.* Fillucius *tract. 17. cap. 2. n. 30.* Ioann. Sanch. *selectar. disp. disp. 2. n. 8.* Idem est de ouis & lactiniis regulariter non esse pro collatiuella permissa , nisi forte in aliqua Prouincia , vt in Belgio testatur Layman permissum esse sumere frustulum casei , vel butyri cum pane . Iuculum verò ex lactuicis , aliisque herbis similibus confectum sale , oleo , & aceto tantum adhibitis , permittendum censetur : at ex fabis , ciceribus , lentecis , & a fortiori ex oriza non video esse permissum , vt potè quod maxime nutrit , & proprie cibum Cenae reputatur . Sicuti docuit Villalobos *suprà.* De placentis verò vulgò *viscochos* , vel de illis quae lacte , & butyro facta sunt certissimum reputo vniuersi quantitate permitti . Vbi de duarum vnciarum sumi ex illis non posse : nam esto modicissima quantitas oorum , lactis , & butyri illis permisceatur , atamen non est ita modica quantitas , vt dimidia libra quatuor ad minus oua requiratur , & tres , vel quatuor vnciae lactis , & butyri . Merito ergo in ea quantitate reprobantur , permessa in illa leui vniuersi , vel duarum vnciarum .

Si de quantitate huius cenulae loquamur , modica debet esse , quippe introducta est , ne potus officiat , neve famens abfit , cui fini sit factis , leuem cibi quantitatem sumendo , nobilibus vt potè delicatioris naturae , & pluribus epulis affueris aliquantulum plus quam plebeis sumere permittitur . Itemque facularibus , pluraquam Ecclesiasticis , & Religiosis , & studio litterarum , aliorumque negotiorum

goticum expeditioni continuo deditis, pluraquam aliis, & habitantibus Provinciam frigidam plurquam habitatoribus temperata intra limites autem modica quantitas. Modicam autem quantitatem reputant Valerius, Reginald. 1. 2. *prax. lib. 4. n. 185*. Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. n. 9*. Filiucius. *tract. 27. cap. 7. q. 7. num. 3. nec dupliciter Bonac. de preceptis Ecclesie. disp. ult. q. 1. pun. 3. n. 2*. Esse quartam, vel quintam partem eorum, quae pro communi refectioe sufficerent. Obscura tamen regula; cum definitum sit quae quantitas pro refectioe sufficiat. Praeterquam quod (vt ego existimo) quantitas vnius librae sufficiens est pro communi refectioe. Si igitur quartam, vel quintam partem huius refectiois excedere in refectiuncula non posses, non tibi liceret vltra tres, vel quatuor vncias alimenti sumere, quin ieiunium violares, quod durum est. Quapropter censo modicam quantitatem esse, quae octo vncias non excedat. Vbi docuit Fagund. *de ieiunio. cap. 4. num. 18*. vbi optime probat idem docuisse Azor. *1. p. lib. 7. cap. 8. q. 8*. & tradit Villalob. *tract. 23. difficult. 7. n. 4*. Bonac. *de quinque Ecclesie preceptis. disp. ult. q. 1. pun. 3. n. 2*. & 3. Ioann. Sanch. *disp. select. disp. 52. n. 7*. In vigilia vero natiuitatis Domini, tamen si natiuitas feriat, 2. incidit sumi potest duplo maior quantitas ex recepta consuetudine recte Azor. *1. p. lib. 7. cap. 8. q. 8. ad finem*. Fagund. *de ieiunio. cap. 4. n. 19*. Quinimo absque villo limite posse ea nocte refectiunculam sumi docuit Medina. *1. part. instruct. Confess. cap. 14. §. 10*. Ludouic. *Log. 2. part. instruct. cap. 112. de ieiunio*. Filiuc. *tract. 27. cap. 2. num. 14*. Cenedo *in pract. q. 41. vers. dicimus ergo*. Bega *in respons. casuum conscient. casu. 3. part. 7*. Flamma *in 3. part. methodi. cap. 5. §. 25*. Villalobos *de ieiunio tract. 23. difficult. 7. in fine*. Ioann. Sanch. *disp. 52. select. num. 10*.

8. Superest tamen quaestio, An violans ieiunium secundam refectioem sumens peccet mortaliter, si tertia, vel quarta vice comedat? Affirmat Ioann. Maior. *in 4. d. 15. quest. 6*. Medina *tract. de ieiunio. quest. 5*. Couarr. *lib. 4. Var. cap. 2. o. n. 13*. Montecinos. *1. 2. 2. q. 73. art. 2. q. 4. n. 47*. Mouentur, quia Ecclesia prohibere potest quamlibet refectioem vltra vnciam. Ergo censenda est sic de facto prohibuisse, quia id fini à lege intento qui est carnis concupiscentiam sedare magis congruit. Nihilominus verior est communis sententia Doctorum Durandi. *in 4. d. 15. q. 11*. Gab. *d. 16. q. 3. dub. 6*. Caiet. *2. 2. q. 147. art. 8. & in sum. verbo ieiunium. cap. ult. Syluest. q. 8. dicto. 4*. Nauarr. *cap. 2. 1. num. 14*. Valen. *disp. 9. q. 2. punct. 3. vers. nihilominus*. Sanch. *lib. 4. c. 11. n. 42*. & 45. Saa. *verbo ieiunium. n. 13*. Tolci. *lib. 6. cap. 3. n. 5*. Grassi. *lib. 2. cap. 37. n. 8*. Henric. *lib. 7. cap. 13. in com. lit. 5*. Salas *de legib. disp. 14. sect. 5. n. 67*. Suarez. *2. de relig. lib. 4. cap. 7. n. 12*. Fagund. *de ieiunio. cap. 4. num. 6*. Laym. *lib. 4. sum. tract. 7. cap. 1. circa finem*. Ioann. Sanch. *in select. disp. 52. n. 42*. & aliorum communiter Ecclesiam in precepto ieiunij solum limitat precipere, ne amplius quam semel corpus reficiatur, sumpta autem secunda refectioe integre preceptum violatum est; ita vt non superest aliquid violandum. Sicuti si preceptum esset, ne limites alicuius loci transires, sola prima transgressio precepto contradiceret, non vero vterius progrediens. Etenim terminus huius precepti, eiusque indiuidua materia, est negatio, seu carentia binæ refectiois. Quæ binâ refectioe postâ iam preceptum ferari nequit. Neque probandum censo quod tradit Lessius. *lib. 4. cap. 2. dub. 2. n. 16*. cui fauet Filiuc. *2. 2. tract. 27. n. 24*. committit inquam peccatum veniale in tertia, & quarta refectioe, quia secundario prohibetur, & per eas magis receditur à sine intrinseco ieiunij. Non inquam proba, quia inde Qlùm inferat aduersus legem naturalem Temperantiae peccatum, non aduersus legem Ecclesiasticam ieiunij. Si enim sub hac lege illæ refectioes etiam secundario continerentur, graue peccatum constituerent, cum materia grauis sit. Atque ita aduertit Villalobos *de ieiunio tract. 23. difficult. 6. n. 5*. Ioan. Sanch. *alij relatis. disput. 54. Select. n. 42*.

9. Supradictam doctrinam temperant communiter Doctores Paludan. *in 4. d. 15. q. 4*. Syluest. *verbo ieiunium. q. 8. n. 21*. Nauarr. *cap. 2. 1. n. 27*. Caiet. *verbo ieiunium. §. 1. Saa. eodem. n. 13*. Tolci. *lib. 6. cap. 2. n. 5*. Vivald. *cap. 1. n. 60*. Grassi. *1. p. deis. lib. 2. cap. 17. n. 36*. Ioann. Sanch. *disp. 52. Select. num. 2*. Lessius. *lib. 4. cap. 2. dub. 3. numero 19*. Villalob. *tract. 23. difficult. 6. num. 7*. Filiuc. *2. 2. tract. 27. cap. 2. numero 24*. & alij ne procedat, cum per ignorantiam, seu inaduerentiam secundâ vice comediti, quia illa comestio vt potè ex ignorantia obligationis procedens non fur ieiunij transgressio. Sed rectius docuerunt contrarium Paul. Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. circa finem*. Bonac. *de preceptis Ecclesie disp. ult. q. 1. punct. 5. num. 8*. quia factâ binâ comestioe sine sciens sine ignorans ieiunij legem, preceptum de non comedendo amplius quam semel seruare nulla ratione potest, cum sit impossibile.

10. Quod si ignorans diem esse ieiunij, ientaculum suffi-

ciens sumpsi. Aliquibus nempe Paludano *in 4. d. 15. qu. 4. art. 5*. Syluestro *verbo ieiunium. n. 21*. Nauarro. *cap. 2. 1. n. 17*. Vivaldo *de quadragesimali ieiunio. n. 6*. Facundo *de ieiunio. cap. 4. num. 6. in fine*. placet de genere posse, ac si non comedisses, postque horâ consueta refici, simul cum aliis prandium sumere, quia prior sumpsi vt potè ex ignorantia ieiunij procedens non est in considerationem trahenda. Ceterum si propè horam consueta scilicet meridiem ientaculum sufficiens sumpsi verissimum censo te postmodum, non posse confcium ieiunij obligationis, iterum comedere, quia parum ad sustentationem refert, sine ignorans sine sciens ieiunij legem, prandium sumpseris. Et praeterea ieiunium nec formaliter, nec materialiter violatum est, cum non sit facta multiplex comestio, potes, ergo, & debes illud obseruare. Sicuti Filiuc. *tract. 27. cap. 2. n. 24. in fine*. Lessius. *lib. 4. dub. 3. n. 18*. & 19. Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. in fine*. Villalobos. *1. tract. 23. difficult. 6. n. 7*. Bonac. *de preceptis Ecclesie disp. ult. q. 1. p. 3. n. 8*. Ioann. Sanch. *in disput. Select. disp. 52. n. 3*. Ob eadem rationem si prandium sustentationi sufficiens manè sumpsum est, vel obliuione legis ieiunij, vel ex legitima causa quâ putabas ab obligatione ieiunij exemptum esse, quae postmodum cessauit. Credo te obligatum esse, si absque graui incommodo potes à secunda refectioe abstinere, quia lex ieiunij prohibens multiplicem refectioem seruari adhuc potest. Arque ita notant Lessius, Layman, Bonac. & Villalobos *locis citatis*.

§. II.

De hora refectiois precepto ieiunij designata.

1. Quae hora refectiois precepto ieiunij designetur.
2. Anteuertens horam prandij moraliter peccat ex plurimum sententia, & consulenda.
3. Contrarium non videtur improbabile.
4. Aliqui existimant postâ hac anticipatâ comestione t: non esse obligatum à secunda refectioe abstinere, esio commode possit.
5. Contrarium probabilius est.
6. Sumere canulam manè, dilato in noctem prandia absque causa peccatum est veniale.

Tertium ieiunij requisitum est hora refectiois, quae si antiquum tempus spectemus erat hora nona, seu tertia post meridiem, in qua Christus Dominus exspirauit. Vci colligitur ex ieiuniis quadragesimalibus *ex cap. solent. de consecrat. diff. 1*. quam legem ad alia ieiunia extra Quadragesimam fideles extendebant teste D. Thom. *2. 2. q. 147. art. 7*. D. Antonin. *2. p. lit. 6. cap. 2. §. 9*. Richar. *in 4. d. 15. art. 3. q. 8. in fine*. Abulen. *in Martib. 6. q. 163*. Bernard. *ser. 3. de quadragesima*. Couarr. *lib. 4. cap. 20. num. 14*. Etenim ieiunantes praesignare volebant se Christi cruci affigi, illamque in passione computari. Verum Ecclesia attendens communem hominum infirmitatem, & imbecillitatem, hunc rigorem temperauit permittens, ne ieiunium post meridiem protraheretur. Quapropter iam consuetudine receptum est, vt in meridie plus minusve ientaculum sumatur. Vci ex communi docuit Caiet. *2. 2. q. 147. art. 7. & in sum. verbo ieiunium*. Couarr. *lib. 4. Variar. cap. 10. n. 14*. Azor. *lib. 7. cap. 11. q. 2. & 3*. Lessius. *lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 13*. Fagund. *de ieiunio. cap. 3. num. 3*. Bonac. *disp. ult. de preceptis Ecclesie. q. 1. punct. 4. in princ.* Layman. *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. n. 8*. & alij Passim.

Solum est dubium, An anteuertens, notabiliter huiusmodi horam, vti si mane prandium sumeres mortale peccatum committas? Affirmat Nauarr. *cap. 2. 1. n. 27*. Caiet. *2. 2. q. 147. art. 7*. Paludan. *disp. 15. q. 4. art. 4*. Conclusi. Syluest. *verbo ieiunium. n. 13*. Couarr. *lib. 4. Variar. cap. 20. num. 14*. Azor. *1. p. lib. 7. cap. 11. q. 4*. Vuald. *in appendice aurea de ieiunio quadragesima. n. 55*. Fagund. *de ieiunij precepto. cap. 3. n. 4*. Ioann. Sanch. *disp. select. disp. 52. n. 2*. Probatur, quia negati non potest preceptum fuisse, ne ante nonam coena sumeretur, quod preceptum ex consuetudine temperatum est, vt vique ad sextam extendatur. At huius precepti materia grauis esse videtur, sicuti est binâ refectio. Tum quia est de substantia ieiunij, teste Sanch. *lib. 4. sum. cap. 1. n. 50*. Tum quia communi hominum affirmatione ieiunium violari censetur qui manè absque iusta causa prandium sumit. Quod si roges quae sit notabilis anteuertio? Reputarem esse, si duabus horis ante meridiem comederes. Etenim cum iam consueto inualuit, vt vnâ horâ ante meridiem scilicet vndecimâ edi possit, si decimâ ederes notabiliter tempus designatum anteuerteres.

Ceterum etsi praedicta sententia consulenda sit probabili-

tem tamen existimo, quæ asserit solum peccatum veniale committi, nobiliter tempus prandij anteposendo absque iusta causa, maxime postquam cœna in prandium mutata est, & consuetudo permittit refectioem horâ sextâ non in meridie sumi. Vti docuit Innocent in Rub. de obseruat. ieiunij, Archidiacon. in cap. vnum orarium. Verbo ieiunantibus dist. 25. Angel. verbo ieiunium, §. 2. Richard. in 4. dist. 15. art. 3. qu. 8. in fine. Gab. eadem. dist. 9. art. 2. dub. 1. col. 4. Toler. lib. 6. cap. 2. Filiucius. tract. 27. cap. 4. qu. 3. n. 66. Lessius. de ieiunio. lib. 4. cap. 2. dub. 1. n. 13. Bonacina. disp. vlt. de preceptis Ecclesie. q. 1. pun. 4. n. 3. Paul. Layman. lib. 4. sum. tract. 8. cap. 1. n. 11. Villalobos. tract. 23. de ieiunio. cap. 9. n. 3. Ducor, quia esto hæc anticipatio aduerfetur ieiunij præcepto, non tamen censenda est grauis illius materia, sed leuis, siquidem leuiter ex illa læditur finis à lege ieiunii intentus. Etenim finis ieiunij est carnalis concupiscentiæ motus fixare diurnioris, & longiori abstinentiâ. At quod hæc abstinentia diurnior sit ante prandium, vel post prandium parum videtur referre, ideoque prandij anticipatio non videtur ieiunij fini, & legi grauius obtare, siquidem sumpto prandio ieiunus perstitit tot horis, quibus ante prandium persistere debebas. Et confirmo vt eximaris ab obligatione prandendi horâ consueta, & non antea leues cause sufficiunt, vt etiam oppositæ sententiæ Doctores firmant, quales sunt legere ad mensam, concionari, peregrinari, hospitibus inferuire, amicis se vrbano quos referre, & alia similia. Vti colligitur ex Syluestro, verbo ieiunium. q. 4. Paludano. d. 15. quæst. 4. art. 4. Nauarr. cap. 21. n. 27. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 7. cap. 11. quæst. 4. Signum igitur est leuem esse obligationem huius abstinentiæ.

4 Positâ autem hac anticipatâ comestione ex malitia cum non conueniunt Doctores, an tenearis abstinere à secunda refectioe, si absque graui incommodo potes? Nam Caiet. 2. 1. quæst. 147. art. 7. Palud. in 4. d. 15. q. 4. art. 5. fol. 188. quos refert, & sequitur Ioann. Sanch. in Select. disput. 53. n. 2. et §. 6. ob hac obligatione te excusant, quia hora prandij essentialis est legi ieiunij, vel saltem ex circumstantia ei intrinseca. Vti tradit Sanch. lib. 4. in Decalog. cap. 11. n. 50. Ergo sumpto prandio ante horam designatam, lex ieiunij obseruari non potest, sicuti nequit obseruari sumptâ binâ refectioe, vel refectioe carniû. Communem affirmat Ioann. Sanch. procedere, si absque culpa ientaculum manè sumpsisti, vt quia putasti iter facturum, vel laboraturum, & postmodum impeditus fuisti, videris enim à lege ieiunij solutus, cui Thom. Sanch. d. n. 50. et §. 51. non leuiter fauet.

5 Caterum siue ex causa legitima, siue ex malitia prandium anteuertis existimo te obligatum esse à secundo prædio abstinere, si absque graui incommodo possis. Vti docuit Viuald. de ieiunio cap. 15. num. 59. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 7. cap. 11. aliâs 22. quæst. 7. Reginald. lib. 4. praxi. num. 183. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 18. Villalobos. in sum. tract. 23. difficult. 6. num. 7. Fagundez. de ieiunio. cap. 3. circa finem. Bonac. disp. vlt. de precept. Ecclesie. q. 1. pun. 4. in fine. Layman. lib. 4. cum tract. 8. cap. 1. in fine. Etenim etsi anteuertio prandij lege ieiunij prohibita sit, ideoque eâ anteuertioe positâ, lex ieiunij quoad eam partem obseruari nequeat, attamen quia sub hac lege, alia continentur à prædicta inde pendentes, scilicet ne carnis vescaris, neue duplicem refectioem sumas exclusâ illâ parte hæc obseruande sunt. Sicuti violatâ lege de abstinentiâ à multiplici refectioe obligatus es legem à carnis abstinendi obseruare.

6 Ex dictis constat cenulam consuetudine pemissam peccatum esse saltem veniale absque causa manè sumere, dilato prandio ad noctem. Vti tradit Nauarr. cap. 21. num. 14. Craffis 2. part. decis. lib. 2. cap. 37. num. 30. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 7. cap. 8. quæst. 6. Lessius. lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 11. Filiuc. tract. 27. cap. 2. num. 24. et 26. Villalob. tract. 23. de ieiunio. difficult. 7. num. 2. Ioann. Sanchi. in Select. disp. 53. num. 8. Toler. lib. 6. cap. 2. Zenedo. qq. canon. quæst. 5. 41. Fagundez. lib. de preceptis Ecclesie. vbi de ieiunio. cap. 4. num. 15. & alij. Etenim consuetudo collatiuiculam permitteas simul præscribit tempus in quo sumenda sit, hoc est post solis occasum, vel propè. Ob quam rationem conuincitur falsitatis sententia Ioseph Angles. quæst. 9. de ieiunio. art. 2. difficult. 5. Ioann. Sanch. in Select. disp. 53. num. 10. asserentium absque vilo peccato posse pro libito sumi in meridie collatiuiculam dilato prandio ad noctem, quia videntur ieiunij difficultatem augere. Conuincitur namque falsitatis, nam esto dilato prandij ad noctem, ieiunij difficultatem auget, & consuetudini antiquæ conformior sit, attamen sumptio collatiuiculae meridianæ cum intentione postmodum prandendi aliena est ab vsu, & consuetudine Ecclesie; ac proinde sic anteuertis absque causa peccatum (vt dixi) veniale inducit, sicuti reliqui omnes Doctores superius relati asserunt. Positâ autem honestâ causâ

qualis esset confectio itineris, negotiorum facilitas, pedirio, hospitium dimissio, vel receptio, venatio, seu piscatio etiam ob finem tantum animi relaxandi, & alia similes, absque vilo peccato veniali poteri mane, vel in meridie hæc refectiuncula sumi prandio in noctem dilato. Vti notarunt expressè Fagund. Lessius, Villalob. & alij.

§. I V.

Quibus diebus, & quo iure, & sub qua obligatione obseruandum sit ieiunium?

- 1 Primo signatum est ieiunium quadragesimale.
- 2 Item ieiunium quatuor Temporum.
- 3 Item in perigliis Natalis Domini.
- 4 Quid de ieiunio quarta, & sexta feria, & Sabbato.
- 5 Quid si votum feceris ieiunandi omnibus sextis feriis, an obligeris ieiunare ea feriâ, in qua incidit Natalis Domini.
- 6 Verius est non obligari.
- 7 Votens à carnis abstinere non votus abstinere à carnis lacticiis, neque e contra.
- 8 De ieiunio per triduum ante Ascensionis festum.
- 9 Quid de ieiunio Aduentus.
- 10 Quadragesimale ieiunium aliquibus placet esse ieiunium in ieiunium.
- 11 Contrarium verius est.
- 12 Ieiunij præceptum sub graui culpa obligat.

Pro temporum, & locorum diuersitate varia sunt ieiunia, & locorum diuersitate varia sunt ieiunia, vt lacè, & crudè ostendunt Coenarum lib. 4. Variar. resolut. cap. 20. à num. 4. Bellarmi. lib. 2. de bono operio in partic. cap. 7. et seqq. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 7. cap. 12. aliâs 23. et seqq. Gregor. de Valen. disp. 3. quæst. 1. pun. 4. Fagund. de quarto Ecclesie præcepto cap. 5. et 6. opimè Paul. Layman. lib. 4. sum. tract. 8. cap. 2. Primo namque ieiunium quadragesimale ad imitationem ieiunij Christi domini ab Ecclesia institutum est. cap. quadragesimale de consecratis. dist. 3. De die autem quo hoc ieiunium incipiat, & finiatur variè olim fuerunt consuetudines: ut à tempore Gregorij Magni constare ieiunium quadragesimale à feria quarta Cinerum incipere, finit. que in Sabbato proximo Paschæ; quia ex illis diebus (desumptis Dominicis, in quibus solum à carnis abstinemas) quadragesimarius numerus complectitur Christi ieiunio ieiunium.

Præter quadragesimale ieiunium signatum est ab Ecclesia ieiunium quatuor temporum scilicet vernalis, autumnalis, & hybernus. Vti constat ex cap. statutum cap. seire, & cap. ieiunium 2. dist. 76. cuius institutionis rationem tradidit optime Pontifex Leo Serm. 4. de ieiunio primi mensis dicens: Cum nos oporteat semper fructus virtutibus, quidam tamen dies sunt ad castigacionem communitatis obseruandis consecrati, vt anima que terrenis abieciis implicitur, & curis sæculi impeditur ex intervallo saltem ad Divina respiciat, & quia aperio Divini agri, & agros celestibus horreis afferat fructus. Præterquam quod ex Apostolica traditione habetur, Ordinationes celebrandas esse præmissis ieiunio iuxta illud Act. 13. Ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiseritis illos. Cùm autem prædictis quatuor Temporibus Ordinationes à tempore Gelasij Pontificis; celebrarentur conueniens fuit illis temporibus ieiunare. Item ne Hebræi qui illis quatuor anni temporibus ieiunabant Catholicis præferrentur. In his ergo temporibus tantum dies ieiunamus, feriâ 4. sexta, & Sabbato, vt aptius Christi passioni conformemur, qui feriâ fuit venditus, & traditus, feriâ 6. occisus, Sabbato sepultus. Sicuti colligitur ex cap. ieiunia de consecratis. dist. 3.

Deinde in perigliis Natalis Domini, & Assumptiois B. Mariæ, & S. Marthæ, & sanctorum Apostolorum, ieiunium indicitur ab Innocentio II. in cap. ex parte cap. consilium de obseruat. ieiunior. A qua regula exceptatur perigliis sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi, & S. Ioannis Evangelistæ, quoniam ipsorum solemnitas ieiunij solemnitate Paschalem, illius autem infra Natalem Domini celebratur. Aliquibus autem prouincis consuetudo præualuit non ieiunandi vigiliâ S. Bartholomæi, & Martiæ, necnon Iacobi maioris. Sicuti ajsi relaxis aduenit Layman lib. 4. sum. tract. 8. cap. 2. num. 6. In nullo autem de præter prædictos ieiunium perfectum indicitur nec communi est, tamen ex consuetudine vbiq; ferè recepta obligatio sit ieiunandi in perigliis Pentecostæ, Cui

ferendi non obest quod illa vigilia continetur sub solemnitate Paschali quinquaginta dies comprehendente. in qua nullum ieiunium indicitur teste Ambrosio relato in cap. scire 76. dist. 8. in *Lucam non longe ab initio Hieronymi*. Ep. It. 28. ad *Lucinum*. Epiphani. *heresi* 80. *Isidoro de Eccl. off. c. 42*. Nam et si nullum sit iure communi indictum ieiunium, ut bene tradit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3. consuetudine tamen indici potuit, sicuti indictum esse tradit ordo Romanus cap. ordo in *Sabbatho sancto Pentecostes*. *Glossa in cap. Nofse 76. dist. Syluest. verbo ieiunium n. 5*. Angelus *idem n. 7. ad finem. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 5*. Azor. 1. p. *instit. moral. lib. 7. c. 13. alias 24. q. 2. Gregor. de Valen. disp. 9. q. 2. pua. 4. post initium. Laym. dicto c. 2. n. 6*. Fagund. *de ieiunio c. 5. n. 9*. et alij passim. Ex eadem consuetudine ieiunium iudicium est in perigliis S. Iohannis Baptistae, S. Laurentij, & omnium Sanctorum, vti Doctores nuper relati aduertunt. Quod si periglium alicuius ex supradictis festiuitatibus, vel aliis ad ieiunium obligantibus incidit in Dominica mutandum est ieiunium in Sabbathum praecedens, vt aduertit Innocent. in cap. ex parte cap. *consilium de obseru. ieiunior.* & notant omnes.

Quoad ieiunium quartae, & sextae feriae, & Sabbathi attinet, certum est iure antiquo plenum, & integrum ieiunium iure communi indictum esse, vt eruditè colligit Azor. lib. 7. cap. 15. alias 26. *quest. 3*. Nam de quarta, & sexta feria expressè tradit Ignatius relatus in cap. *ieiunia de consecrat. dist. 3*, de Sabbatho constat ex cap. *Sabbatho de consecr. eadem dist.* At iam consuetudine aboluitur est ieiunium feriae quartae, & ieiunium feriae sextae, & Sabbathi temperatum, vt solum obliget ad abstinendam à carnis, non autem à refectioe multiplici, vt optimè aduertit Azor. *supra*. Fagund. *de ieiunio cap. 6. n. 5*. Layman. lib. 1. sum. tract. 8. cap. 2. num. 3. Quinimò in aliquibus partibus Galliae restat Paludan. in 4. d. 15. q. 4. art. 4. Couaruu. lib. 4. *variur. respl. cap. 2. o. n. 4*. cessare obligationem abstinendi à carnis in Sabbathis occurrentibus à Natali Domini vsquè ad Purificationis festum. In Hispania verò vbiquè fere receptum est peccatum inellina, & extremitates edi posse. Illud est certum, si festum Natalis Domini feria sexta, & à fortiori in Sabbatho incidit, ieiunium potius cessare, & carnes manducari posse, vt traditur de feria *cap. excipiar de obseru. ieiunior.* & de Sabbatho *cap. Quia dies de consecrat. dist. 5*, quo priuilegio non eximuntur qui ex voto, vel regulari instituto ad ieiunium feriae sextae, vel Sabbathi altunguntur. Vt expressè cauetur in dicto cap. *ultim. de obseru. ieiunior.*

Hinc per transennam dubitant Doctores, An si voueas omnibus feriis feris, vel Sabbathis per annum ieiunare, obligatus sis votum feruare feriâ sextâ, vel sabbatho, in quo Natale Domini incidit? Supponit quæstio te huius occurrentiae non meminisse, nec voluisse expressè sub voto comprehendere, aut ab eo excludere feriam illam sextam. Quo casu negant te voto astringi Ioann. Andr. *de obseru. ieiunior.* Azor. 1. p. *instit. moral. lib. 2. cap. 20. q. 3*. Molina *de instit. tract. 2. disp. 272. c. 1. exemplis sunt*. Ducti ex eo quod credendum est si in tuam, mentem ea occurrentia venisset, nullatenus sub voto comprehensurum. Quod fundamentum, vt optimè tradit Sanch. lib. 4. *sum. cap. 2. n. 6*. & cap. 11. num. 6. parum efficaciae habet: nam ad inducendam obligationem voti non est spectanda voluntas quam haberes, si de facto alicuius circumstantiae meminisses, sed est spectanda voluntas quæ de facto habita est. Quapropter Fagund. *de ieiunij precepto cap. 6. n. 6*. aliâ dicitur ratione. Inquit enim, quando non constat de intentione vouentis, ieiunium, & votum illius accipiendum est iuxta morem Ecclesiae: vt notauit Suar. tom. 2. *de relig. lib. 4. c. 7. n. 9*. mos autem Ecclesiae est, vt non ieiunetur, sed carnes comedantur in Natali Domini feria sexta, vel Sabbatho incidenti, ergo, &c. Et confirmari potest ex eo quod obligatus non sis ieiunare in perigliis sancti incidenti in Dominica, sed in Sabbatho praecedenti, tamen si voluisses illius periglium ieiunare, & vouens ieiunare omnibus diebus continuis per annum, non censetur dies dominicos comprehendere, quia eius votum, & ieiunium interpretandum est iuxta morem Ecclesiae, à quo longè abest dominicum ieiunium.

Ceterum verius censo sic vouentum obligatum esse illâ feriâ sextâ, vel Sabbatho ieiunare, quod docuit Syluest. *verbo ieiunium n. 27*. Suar. 1. 2. *de relig. lib. 4. c. 20. n. 7*. Moneo ex supradicto fundamento Fagundez, quod verissimè esse censo: nempe quoties non constat de vouentis intentione, votum, eiusque materia interpretandum est iuxta morem Ecclesiae. At mos Ecclesiae est obligare ad ieiunandum feriâ sextâ, & Sabbatho in quibus Domini Natalitium incidit, omnes eos qui ex voto, vel ex regulari obseruantia obstricti sunt ieiunare, vt expressè declarauit Innocent. in cap. *ult. de obseru. ieiunior.* Praedictis enim noluit Pontifex in aliquo releuare, sed eadem obligatione astringi se si

Ferd. de Caste. de Iur. & Iur.

Natalitium eo die non incidisset: at non incidente Natalitio nullus dubitat vouentem ieiunare omnibus feriis feris, vel Sabbathis per annum, obligatum esse: ergo ex supradicta occurrentia non releuatur. Secus verò dicendum est in exemplis in confirmatione adductis, quia dies Dominicus absolute à ieiunio exceptus est, ideoque votum ieiunandi omnibus diebus, intelligendum est de diebus apertis ieiunio secundum morem ab Ecclesia receptum, qualis non est dies Dominicus.

7 Qui verò voueret feriâ sextâ à carnis abstinere, non ideo voueret abstinere ab ouis, & lacticiis. Neque est contra vouens abstinere ab ouis, & lacticiis censetur obligatus ex vi voti abstinere à carnis, quia sunt res distinctae, & separabiles, vt late probat Thom. Sanch. lib. 4. sum. cap. 11. num. 46. & seqq. consentit Fagund. *de ieiunio cap. 6. num. 7*.

Potè triduo ante Ascensionis festum Mamertus Episcopus Viennen. videns diocesim Luporum, Vrsorumque incursum vehementer infestari, populorum aedificia continuis terræ motibus concuti, Rogationes, seu Litanias indixit praemisso ieiunio, vt ieiunio & oratione, Diuina misericordia flecteretur. Sicuti tradit Gregor. Turonen. lib. 2. *hystor. Francor. cap. 34*. Hunc morem postmodum Concilium Aurelianum cap. 25. relatum in cap. *rogationes de consecrat. dist. 3*, approbavit. Rogationes (inquit) id est Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt praemissum triduanum ieiunium in Dominica Ascensionis solemnitate solueretur. Quo triduo omnes abstinent, & quadragesimalibus cibis renantur. Quinimò in Romana Ecclesia eo triduo ieiunium, & supplicationes celebrari testatur Liber scriptus Ordo Romanus cap. de *litanias minore*. Qui mos celebrandi rogationes, & ieiunandi saltem implendū, hoc est abstinendi à carnis, in plurius Ecclesiae prouincis permanet; & merito quia eo tempore incipit hominis salus periclitari, & fructus terræ periculo exponi. Neque huic consuetudini obest, quod praedictae rogationes, & ieiunia indicantur intra tempus Paschale quod à ieiunio solutum est. Ex Textu in cap. *ieiunium §. non autem 76. dist. & cap. scire debet 76. dist.* Quia indicuntur ex locorum consuetudine ob piam aliquâ causam, & intentionem, quod praedictis Textibus prohibitum non est. Praeterquam quod in tempore Paschali solum ieiunium perfectum continens abstinentiam à carnis, vnamque refectioem, & illius designatâ horam relaxatur, non autem ieiunium semiplenum continens solum à carnis abstinentiam: alias feriis feris, & Sabbathis Paschalis nulla esset obligatio à carnis abstinendi. Quod non est dicendum, ideoque verissimè est solum hoc ieiunium semiplenum illo triduo vtitur fuisse, sicuti mos in pluribus regionibus conseruatur.

Tandem illis diebus, quibus Aduentus domini celebratur in Ecclesia Romana olim esse vsum ieiunium constat ex Innocent. in cap. *consilium de obseru. ieiunior.* & ex Concil. Milicouensi. l. can. 6. & ex epist. Nicolai. I. ad *consilia Bulgarorum* & testatur Rodolph. Turonen. libello de *obseruantia can. 16*. Amalarius. lib. 3. de *Eccl. off. c. 40*. ideoque officium Diuinum cum precibus recitatur, sicuti in Quadragesima, aliisque vigiliis; quem morem plures religiones obseruant, tamen apud populum in descendentem abierit. Vt obseruat Azor. 1. p. *instit. moral. lib. 7. c. 16. alias 27. q. 3*. Fagund. *de ieiunio cap. 6. n. 9*.

Hæc ex obligatione dicta sunt, ex deuotione autem ad carnis castigationem, aliumque finem honestum suscipi ieiunium quolibet die potest. Solum de die Dominica est specialis ratio dubitandi, eo quod Gelasius Pontifex in *ieiunium de consecrat. dist. 3* id prohibuit, vt inter ieiunia Christianorum, & Infidelium, & veraciter credentium, & Hæreticorum vera discretio habeatur. Idem episcopus ex cap. *post Pascha 76. dist.* & forte ob hanc causam in cap. *Quadragesima dist. 5*, à ieiunio quadragesimali dies Dominici eximuntur. Ob hæc testimonia omnino dicendum est ieiunium die Dominica olim interdictum esse, ne viderentur Catholici hæreticis resurrectionem Christi negantibus, & in illius contemptum ieiunantibus consentire. Vti cauetur in dicto cap. *ieiunium*. Quod præceptum extensum non fuit ad omnes Ecclesias, vt manifestè probat Hieronymus episc. 1. 8. ad *Lucinum* relatus in *c. vltimam 76. dist.* Fortè quia in illis Ecclesiis hæresis non vgebat, ideoque inquit Hieronymus. Vtinam omni tempore ieiunare possimus. Quod in Actib. Apostolor. diebus Pentecostes, & die Dominica Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus, & infra. Neque hoc dico quod diebus Dominicis ieiunandum potest, & contextas quinquaginta diebus ferias auferam, sed vnaquaque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum, leges Apostolicas arbitretur. Ceterum cum iam illa hæresis penitus extincta sit prohibitio ieiunandi die Dominica cessauit, ideoque ex fine honesto, seculoso scandalo, & singularitatis periculo ieiunium eo die suscipi potest. Vt colligitur ex cap. *fin. de obseru. ieiunior.* &

B tradit

tradit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. S. August. epist. 86. ad Casulam. S. Antonin. 2. p. iii. 6. c. 2. §. 1. in fine. Abulen. in Matth. 6. q. 162. optimè Bellarm. lib. 2. de bonis oper. in particul. cap. 23. Gregor. de Valen. 1. 3. disp. 9. q. 2. punct. 4. circa finem. Azor. 1. p. instit. moral. lib. 7. cap. 16. alias 27. q. 7. & 8. Laym. 1. p. lib. 4. tract. 8. c. 2. in fine. Fagund. de ieiunio cap. 5. n. 2. & alij plures.

10 Prædicta omnia ieiunia constat iure scripto, vel consuetudine firmato indicta esse. Sed an aliquod ex illis fuerit iure Diuino statutum difficultate non caret. Nam plures, grauisimique Ecclesie Patres de quadagesimali ieiunio affirmare videntur. Ambros. serm. 25. inquit. Si ignorans Ienathus indictum à patre ieiunium quia soluerat, morti addicitur Reg. 1. 4. qui sciens indictum à Christo domino ieiunium soluit, quid meretur? & serm. 16. loquens de eodem ieiunio ait. Hæc non tam Sacerdotum præcepta, quam Dei sunt, & serm. 34. Quisquis Christianus consecratam ieiunando non impleret Quadagesimam prauaricationis, & consumaciæ renebitur, quod legem diuinitus datam prendendo rescindit. Similia habet serm. 37. & 38. D. Maximus hom. 1. de ieiunio quadagesimo. Quadagesimum (inquit) ieiunium non tam ab hominibus institutum, quam à Deo consecratum, & celestis maiestatis præceptum, & D. August. in Ps. 110. paulo post ieiunium præcipitur nobis (inquit) ieiunium quadagesimum, & ex lege, & ex Prophetis, & ex ipso Euangelio. Ad idem est quod tradit Isidor. lib. 1. de officiis Ecclesiasticis, cap. de ieiunio. Leo Magnus, serm. 4. de Quadagesima. Beda hom. in dominica Quadagesima.

11 Ceterum communissima Doctorum sententia est, nullum determinatum ieiunium ex præcepto Christi indictum esse sic docuit Durand. in 4. d. 15. q. 4. art. 3. ibidem. Maior q. 4. conclus. 3. Syluest. verbo ieiunium q. 1. Nauarr. cap. 21. n. 12. Medina tract. de ieiunio q. 1. Couarru. lib. 4. Variar. resolut. cap. 20. n. 4. Azor. 1. p. instit. mor. lib. 7. cap. 12. alias 23. q. 1. Fagund. de quarto Ecclesia præcepto cap. 5. n. 4. Gregor. de Valen. disp. 9. q. 2. punct. 4. post medium. Lessius lib. 4. c. 2. dub. 5. n. 30. Filiuc. tract. 27. c. 5. q. 1. n. 77. Reginald. lib. 4. num. 130. Bonac. de quinque Ecclesie præceptis, disp. vlt. q. 1. punct. 5. num. 1. & alij passim. Et colligitur ex S. Ignatio epist. ad Ebladelp. Epiph. hæres. 75. Clement. lib. 5. constit. Apost. c. 12. Hieronym. epist. 54. ad Marcellam. Rabano. lib. 2. de instit. clericor. c. 80. Leon. serm. 6. de quadagesima, & alijs patribus testantibus hoc ieiunium ab Apostolis esse institutum, ab eisque dimanasse. Ratione verò manifesta hæc sententia probatur, quia nullibi constat Christum Dominum aliquod determinatum ieiunium præcepisse, solo autem iure ieiunio præceptum colligi non potest. Tùm quia fuit longè diuersum ab eo quod nos suscipimus, ipse enim quadraginta dies continuos ieiunans à cibo, & potu extitit, nos verò singulis diebus refectioem sumimus. Tùm quia facta Christi domini non obligationem rigorosam inducunt, similia exequendi sed moerent, & incitant. Fateor tamen lege naturali, & Diuina omnibus ieiunium indictum esse, casu quo ad tentationes temperandas, concupiscentiam sedandam necessarium fuerit: ut tradit August. lib. 86. ad Casulanum Presbyterum. At his, vel alijs diebus ieiunare, & sub forma qua ab Ecclesia præcipitur iuris humani est non Diuini.

Neque obest autoritas illorum Patrum asserentium ieiunium quadagesimale esse à Domino indictum, præceptum consecratum, habetique ex lege, Prophetis, & Euangelio; quia ex eo tantum quod exemplo Christi, numerus ille quadagesimus ieiunij sacratum sit dici optimè potest ieiunium quadagesimale esse à domino indictum, & præceptum id est instar præcepti habendum. Præterquam quod instructum Christi, cuiusque autoritate ad Apostolis indictum, & præceptum est.

12 De quantitate autem huius obligationis nullus dubitationi relinquitur locus, cum constet ex se grauem esse, illiusque violatores mortalis peccati reos. Vti colligitur ex can. 68. Apostolor. ex Concilio Gangrensi. can. 19. ex Ambrosio serm. 25. & tradit ex communi Panormit. Rub. de obseruat. ieiunior. num. 1. 1. Glossa. c. vlt. in orarium. & dist. Couarru. lib. 4. variar. cap. 20. num. 16. Azor. 1. p. instit. mor. cap. 8. q. 2. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 5. n. 33. Fagund. de ieiunio. cap. 3. n. 7. Quocirca si absque legitima causa ieiunium soluas carnem comedens absque dubio peccas mortaliter, quia transgredieris præceptum de graui materia. Idem esset, si binam sumeres refectioem, quod potest contingere non solum bis comedendo, sed pluries paululum edendo, nam ex illis paruis sumptionibus integra refectio coalescere potest quæ ieiunij legem plene transgrediat. Vt bene aduertit Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 2. n. 11. Solum de antecensione prandij probabile est culpam venialem non excedere, quia finem à lege ieiunij intentum non videtur grauitè lædere, ut supra diximus.

Qui lege ieiunij teneantur, quive excusentur?

- 1 Quà parte ieiunium continet abstinentiam à carnibus, aliisque cibis veteris, attingit omnes fideles Christianos rationis usum habentes.
- 2 Quà parte prohibet geminam refectioem qui tertium septennium compleuerunt.
- 3 Qualiter peregrini forentes, & alij lege ieiunij relaxantur. Respondetur remissive.
- 4 Impotentia non solum physica, sed moralis excusat à ieiunio.
- 5 Senes sexagenarij si robusti sunt obligantur ad ieiunium ex plurium sententia.
- 6 Contraria probabilis esse videtur.
- 7 Quid de faminis est dicendum?
- 8 Volentem ieiunare omnibus sexis feris excusat à ieiunio Sanchez cum ad 60. annum peruenit, tenet Layman. improbabile reperit.
- 9 Ex præcepto capite impotentia excusantur qui nec calidari, nec dormire possunt nisi cæna accepta.
- 10 Qui excusantur à ieiunio ratione laborij?
- 11 Qui excusantur titulo pietatis?
- 12 Qui excusantur titulo dispensationis, & qui ieiunium à ieiunio dispensentur?

Legi ieiunij quâ parte continet à carnibus, aliisque cibis veteris abstinentiam, attinguntur omnes Fideles Christiani rationis usum habentes. Vti est omnium recepta sententia teste Azor. 1. p. instit. moral. lib. 7. c. 17. q. 1. in fine. Fagund. de ieiunio. cap. 8. n. 8. Sanchez. lib. 1. cap. 11. n. 6. ideoque his hos cibos subministrantes grauitè peccant. Vti præcitat doctores docent.

At quâ parte ieiunij lex non solum à carnibus, aliisque cibis prohibet abstinentiam continet, sed geminam refectioem prohibet, attingit eos fideles qui tertium septennium hoc est 21. ætatis annum compleuerint, quia usque ad illud tempus natura crescit, indigetque frequentiori cibi vsu, ideoque benigna mater Ecclesia noluit sibi subditos hoc præcepto ante illam ætatem ligare. Vti ex concordantibus recepta referunt passim Doctores. Erat tamen consuetudinem his pueris dolenti capacibus ieiunia suscipere, vt concupiscentiam frangens, tentationes vincant, & adueniente obligationis tempore facilius præceptum exequantur. Vt testatur D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. S. Antonin. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 4.

Hic occurtebat examinandum, An peregrini, & alij rennes teneantur seruari ieiunia locorum quâ transiunt, vel saltem ieiunia in sua diocesi vigentia, & An Clerici, & Religiosi ieiuniis à populo indictis attingantur. Sed de his latè egimus tract. 3. de legib. disp. 1. p. 4. §. 3. & seq.

Quod atinet ad eos qui lege ieiunij excusantur ad quatuor capita reducere possimus, impotentiam, laborem, pietatem, & dispensationem.

Impotentia non solum physicam, sed mortalem excusat, rei omnibus constat, quia Ecclesia iugum suæ est, ideoque non extendit leges ad moraliter impossibilia. Quæ circa excusantur in infirmitate, dolore capitis, vel stomachi laborantes, alijque non valentes absque graui seclutis incommodo cibis quadagesimalibus, & vnicæ tantum refectioem vti Syluest. verbo ieiunium q. 9. Nauarr. cap. 21. n. 16. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 27. q. 7. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 34. Paul. Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 3. n. 3. Filiucius. tract. 27. c. 5. n. 119. Bonac. disp. vlt. de præcepto Ecclesie q. 3. num. vlt. & Fagund. de ieiunij præcepto. cap. 8. n. 13. in casu autem alio medicus consulendus est, vel Superioris autoritas requerenda, vti præcitat Doctores aduertunt. Item præcitat & nutritientes à lege ieiunij communiter Doctores excusant, quia sibi præsumuntur, & proli frequentiori cibo se digerere. Sicuti tradit Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. & verbo ieiunium, & ibi Syluest. q. 9. Nauarr. cap. 21. n. 16. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 27. q. 7. Tolet. lib. 6. cap. 4. n. 3. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 4. n. 40. Valen. 1. 3. disp. 9. q. 2. punct. 5. Filiucius. 2. 2. tract. 27. cap. 6. n. 114. Fagund. n. 14. Layman. & Bonac. locis allegatis. Ad idem est de senibus, quia senectus infirmitas reputatur iuxta commune prouerbium. Senectus ipsa est morbus. Sed à quo tempore censeantur homines senescere, vt à lege ieiunij excusentur non conueniunt Doctores, nam alij sibi immerito Quinquagesimum sufficere affirmant, alij Sexagesimum requirunt, verius est à Sexagesimo anno senectatem enumerandam esse, quia natura ab eo tempore in ætatem tendit, cum vita communis hominum septuaginta anni enumerentur, & amplius eorum labor, & dolor. Ratio huius excusationis est calor natiui digestio, quam quæ vnicæ refectioem necessarium videtur.

Solum

Solum est inter Doctores controuersum, An si alicui sexagenario robur manifeste constaret (quod regulariter presumendum non est) obligatus esse lege ieiunij? Affirmant communiter Doctores. Syluest. *uero ieiunij* num. 99. Nauarr. *cap. 2. n. 16.* Va en *disp. 9. q. 2. punct. 5.* Lessius *lib. 4. c. 2. d. 6. n. 41.* Filiuc. *tract. 27. c. 6. q. 4. n. 11.* Bonac. *disp. vlt. de preceptis Ecclesie q. 1. punct. n. 4.* Fagundez *de quarto Ecclesie precepto c. 8. n. 9.* Azor. *2. l. lib. 7. c. 17. alias 28. q. 4.* Layman *lib. 4. tr. 8. c. 3. n. 3.* & alij plures apud ipsos. Moneatur, quia causa excusandi senes ab obligatione ieiunij contracta, est senectus, at plures sexagenarij non senescunt sed robustiores, & uigiores sunt pluribus uiris, ergo aetas sexagenaria non est censenda infallibilis excusatio. Secus dicendum est in adolescentibus, quippe adolescentibus excusantur, quia omnes adolefcunt, & augentur usque ad 21. suae aetatis annum, & uiciorum, ideoque debuit Ecclesia terminum praefigere, a quo inchoanda esset obligatio: at senectus non omnibus aequaliter contingit, sed alij ad quinquagesimum, alij ad sexagesimum, alij ad septuagesimum senescunt. Non igitur debuit certum designari tempus, in quo infallibiliter omnes propter senectutem excusentur, cum saepe contingat senectutem eo tempore nondum aduenisse, ideoque nec conferuadine, nec Doctorum auctoritate praescripius est sexagenarius annus pro exemptione ieiunij, sicuti 21. annus praescripius est pro illius obligatione. Faeor tamen, quia regulariter a sexagesimo anno incipit sexagenarius communiter excusari, dum contrarium non constat.

Ceterum etsi haec sententia utpotè communis, & quae carnis mortificationem fouet, semper consulenda sit; nihilominus valde probabilem reputeo quae asserit sexagesimum annum terminum esse infallibilem obligationis Ecclesiasticae ieiunij finienda: vt docuit Angles *in florib. 1. p. q. 6. diff. 6.* Etmann. *Saa. uero ieiunij n. 9. in edit. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 32. n. 17.* Llamas *3. p. methodi c. 5. §. 20.* Ioann. Sanch. *in Select. disp. 54. n. 8. ubi num. 16.* inquit iustitiae sexagesimum inceptum esse ad obligandum, quia in fauorabilibus dies, & annus inceptus habetur pro completo *ex leg. qua aetate ff. de testament. Glossa leg. 3. §. minorum uero momento circa finem ff. de Minorib. & ibi Bart. n. 2.* Alberic. *in princ. Bald. in fine. & alij plures,* quos refert Flamin. *de resignat. benefice. lib. 12. q. 8. n. 19. usque ad 26.* Moneor, quia nullus est cuius natura ab anno sexagesimo non decreuit, & in interitum tendat. Sicuti nullus est cuius natura usque ad 21. annum non creuit, & augetur. Nam esto uiribus ualeat, & pluribus adolescentibus robustior sit, attamen comparatione suae uirilis aetatis infirmus est, & robore diminutus, & in singulos dies maiorem sustinebit debilitatem. Si enim ex Medicorum iudicio teste Lessio *lib. 4. c. 2. d. 6. n. 41.* Senectus a quadagesimo quinto, vel quinquagesimo incipit, quid mirum est, si omnes sexagenarios appellemus senes in interitum tendentes; eoque a ieiunij lege excusemus? Cuius obseruatio etsi praesenti statui non uideatur grauius obesse; obest tamen futuro cui consulendum est. Praeterea concedamus non omnes senescere ad sexagesimum, sed aliquos tardius; negari non potest sensilem aetatem ad sexagesimum frequenter contingere, leges autem non hunc, vel alium casum specialem spectant, sed communitate contingentia. *Leg. Nam ad ea. ff. de legib.* Neque obest quod consuetudine, auctoritateque Doctorum firmatum non sit sexagenarios a ieiunij lege solui, sicuti firmatum est adolescentem tertio septennio obligari; quia inde solum probatur horum obligationem esse certam, aliam incertam, & dubiam, & sub opinione tantum positam.

Porò Thom. Sanch. *ditto lib. 7. disputat. 32. num. 17.* late examinat, an feminis minor aetas, annus scilicet quinquagesimus sufficiat ad eas ab obligatione ieiunij eximendas, eò quod feminis, quia debilioris sunt conditionis, senectus citius aduenit, & calor naturalis ad concoquendum cibum repestit. Vt pluribus comprobatur idem Sanch. *numero 16.* Ob quam rationem concludit *numero 17.* speculatiue hanc opinionem ueram uideri, sed quia Doctorum placitum, eandem in feminis, ac in uiris pro ieiunij exemptione aetatem requirunt conformis non est, in praxi minus tutam esse; quod itidem docuit Fagundez *de 4. Ecclesie precepto cap. 8. numero 11.* Paul. Layman, *lib. 4. summ. tract. 8. cap. 3. num. 2. uerò. Illud uero Ioann. Sanch. in Select. disp. 54. n. 11.*

Hinc inferit Thom. Sanch. *lib. 4. sum. cap. 11. num. 56.* adolescentem uouentem uigilia alicuius Sancti, vel festi sextis uirae suae in perpetuum ieiunaturam, deobligatum esse, cum annum sexagesimum, complet; quia illud uotum eodem modo intelligendum est, ac si absolute uouisset omnibus festis feriis ieiunare illa particula, uirae suae, & in perpetuum, non expressè; quia opus non erat exprimi, cum tacite insit in uoto absoluto, cuius obligatio perpetua est *argument. leg. conditionis qua extrin-*

secus ff. de conditionib. & demonstrat. At uotum ieiunandi omnibus festis feriis explicandum, & interpretandum est, sicuti praecipuum Ecclesiasticum ieiunij, cum aliud ex intentione uouentis non constat. Ergò cum praecipuum Ecclesiasticum ieiunij sexagenarios non obliget, neque etiam obligabit uotum ieiunandi. Verum hanc sententiam improbabilem reputat Layman. *ditto cap. 3. num. 2.* eò quod uotum intelligendum sit instar praecipui Ecclesiastici quoad modum, & formam ieiunandi, non tamen quoad personas, siquidem ex quae nullo praecipuo Ecclesiastico astringuntur ad ieiunandum, ut sunt adolescenter 21. minores, uoto obstringi possunt. Sic ergo censendi sunt sexagenarij robusti se uoluisse obstringere, cum uotum ieiunandi absolute emittant, & maxime cum exprimum toto uirae suae tempore, vel in perpetuum. Ceterum rig da censura est, & forte a ueritate aliena. Poni-mus namque adolescentem sic uouentem nihil de senectute cogitasse, neque expressè uoluisse uotum pro senectutis tempore extendi, sed absolute prolatum esse. Quo in euentu certum est non obligare uouentem quous ex eius obseruatione, notabile corporis detrimentum immineret, ut ipsemet Layman. *ibidem* fatetur, ac consuetudo excusans sexagenarios etiam robustos a lege ieiunij nititur periculo moraliter certo grauis nocementi, & diminutionis uirium pro futuro tempore. Ergo cessat eius obligatio. Vnde in praesenti modus obligationis uoti in personam refunditur, ac prouide instar praecipui Ecclesiastici sexagenarios deobligare uidetur.

Ex eodem capite excusantur qui nisi cenà acceptà noctu calefieri non possunt, aut dormire, quia grauis salutaris iactura inde timeri potest. Vti docuit Caictan *uero ieiunij cap. 2. Angles in florib. 1. p. quæstion. 6. difficultat. 8.* Lopez. *2. p. instructor. cap. 111. fol. 706.* Filiuc. *tractat. 27. capit. 6. numero 130.* Fagundez *de quarto Ecclesie precepto. cap. 8. numero 13.* Ioann. Sanch. alios referens *disputat. 54. num. 13.* ubi monet hos obligatos non esse manè collatiunculam sumere cenà ad noctem dilata. Tum quia sumptione illius collatiunculae secundum probabilem sententiam ieiunium soluitur. Tum quia esto seruaretur, non obligatur quis ordinem refectiois peruertere, sed tuò poterit se communi hominum ieiunantium consuetudini aptare. Ad idem est qui paupertate premuntur, ob quam non habent quod uicè refectiois sufficiat. Sicuti docet Sanct. Thom. *2. 2. quæstion. 147. articulo. 4. ad 4.* Syluest. *uero ieiunij numero 24.* Nauarr. *cap. 21. numero 16.*

Secundum caput excusationis est labor, quo posito ieiunium difficile sustineri potest, uti subeunt agricolae, fabri lignarij, fectarij, sutores, sartores, cutiores, sculprores, figuli, argentarij, artifices, tentores, pelliones, fullones, lanarij, pictores, panem coquentes, fornariam artem exercentes, quolimo Barbitiones, si maiore parte diei & generaliter, & indiscriminatim officio incumbent, omnes artifices mechanici iuxta declarationem Eugenij. *IV. relata a Nauarr. cap. 21. num. 16.* Tabiena *uero ieiunij. numero 19.* prout aliis relatis late expendit Fagundez *lib. de Ecclesie preceptis ubi de ieiunio cap. 8. numero 15. & 16.* & licet aliqui non excusent famulos, vel famulas nentes, sicuti ducentes, uestimenta sarcientes; at ueris credo omnes excusatos esse, si maiori parte diei his officiis incumbant, quia sunt artifices, artem mechanicam exercentes, & indiscriminatim artifices mechanici excusantur: tum ex consuetudine: tum quia uideatur eorum labor frequentiori cibo indigere. Denique iter pedestre agentes, si quatuor, vel quinque leucas pertransire debeant ab hac lege excusantur, quia est grauis labor, quo cum ieiunium difficile consistit. Et idem esse si curru, vel lectica peragatur iter, quia eo modo itinerandi valde membra concurunt. Dixit Bonac. *disputat. vltim. de Ecclesie preceptis. quæstion. 1. punct. vltim. numero 11.* Et ratio omnium praedictorum est, quia praecipua Ecclesiastica regulariter non censentur obligare difficultate graui inueniente. Vti est communis Doctorum sententia. Non autem ex hoc capite excusantur equo iter agentes, nisi forte sint ita debilioris naturae, ut nimium equitando fatigentur, sicuti pluribus accidit, ut bene aduertit Layman. *lib. 4. summ. tractat. 8. cap. 3. numero 3.* neque item excusantur pictores, quia eorum ars liberales artes imitatur, nec nimium laboriosa uideatur. Quod à fortiori procedit in Scribis, Aduocatis, Notariis; tamen suam Ludouic. de Suan. *1. p. summ. tractat. de ieiunio articulo 6. fol. 679.* Scribas huic muneri incumbentes ex obligatione excuset. Quod frequenter admittendum non est. Que diximus de labore corporis proportione seruata, dicenda sunt de labore animi, excusare inquam a lege ieiunij, si tantus sit, ut cum ieiunio



compati non possit. Sicuti frequenter non compatitur munus concionandi, aut lectionis per horam memoriter recitandi. Vti in concursu ad cathedram, seu beneficium contingit. Nam vt recte aduertit Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 43* Layman *lib. 4. sum. tract. 8. cap. 3. n. 3.* Filliuc. *tract. 27. cap. 6. n. 119.* Ioann. Sanch. *in selest. disp. 54. n. 17.* & alij parum refert, an hic labor sit corporis, an animi, si de facto cum ieiunio difficulter consistit.

Solum est difficultas & quidem grauis, An labor à ieiunio excusans suscipi debeat necessitate, non voluntate? communis sententia docet necessitate suscipiendum esse siue necessitas proueniat ex officio, siue ex occasione oblata damni vitandi, lucri acquirendi proximis fauendi, alijs voluntarie venationi, piscationi, alijs recreationi incumbens quàm nimium se fatigari, à ieiunij lege solutus esset, & in cuiusvis potestate positum esset se à ieiunij lege soluere, quod admitti non debet. Tradit Caietan. *verbo Ieiunium. cap. 15. Nauarr. cap. 21. num. 17. Abulen. Matth. 6. quæst. 140. Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 8. Rodrig. de ieiunio. cap. 23. n. 7. Filliuc. tract. 27. num. 135. Layman lib. 4. sum. tract. 8. cap. 3. num. 5. Fagundez de quarto Ecclesia præcepto. cap. 8. num. 17. & alij plures; quorum sententia fauet Azor. *t. 1. inquit. moral. lib. 8. cap. 17. alijs 28. q. 8. Abulen. q. 141. & 143. Tolet. cap. 5. Reginald. lib. 4. num. 201. & 213. & 218. Emman. Saa verbo Ieiunium. num. 16.* asserens peccare Patremfamilias obligantem famulos ad opera seruilia, quæ commode in alium diem transferri possunt. Verùm huius difficultatis decisio sumenda est ex his, quæ diximus *tract. 3. de legib. disp. 2. pun. 21.* ibi enim docuimus pro materia ieiunij non omnia impedimenta voluntaria auferenda esse; alijs diuites artifices obligati essent supersedere ab officio, vt ieiunio vacare possent, quod Doctores communiter negant, vt videre est in Syluest. *verbo Ieiunium. q. 21. Tolet. lib. 6. c. 4. n. 5. Lessio lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 42. Fagundez de quarto Ecclesia præcepto. cap. 8. num. 15. Bonac. disp. vlt. de præcepto. Ecclesia. q. 1. pun. vlt. n. 9. & alijs, sed ea impedimenta voluntaria auferenda sunt, quæ nullam honestatem continent. Quia rationi consonum non est ob exercitium inhonestum à salutari ieiunij præcepto excusari. Etenim lex ieiunij est peregrinationem honestam suscipere non prohibeat, vel concionem populo salutarem facere, alterius labori pro familiaris sustentatione incumbere; prohibet tamen ex recepta consuetudine Doctorem autoritate firmatâ suscipere eum laborem honestate destitutum, quo cum ieiunium non consistit. Quod si dicas cum huiusmodi labore suscepto ieiunium compari potest: ergo lex ieiunij non obligat ad abstinendum ab hoc labore, cum non per se, sed per accidens ieiunium impediatur? Respondendum cum prædicto labore non posse ieiunium obligatorium compari, sed voluntarium tantum: nam labore suscepto, & corpore defatigato ad cuius leuamen gemina refectio necessaria est, obligatio ieiunij cessat. Eximi autem ab obligatione ieiunij opere inhonesto inhonestum est, & rationi difsonum.**

11 Tertium excusationis caput est pietas. Et quidem si opera pietatis, charitatis, & religionis, quibuscumque ieiunium facile non compatitur obligatoria sunt, vel ob vitandum graue incommodum necessitudo præstanda, à ieiunij lege operantem excusant, quia ieiunium opponi non debet nobiliori, & præstantiori operi alijs debito, & necessitudo præstando. Ex quo capite excusantur Infirmarij, quorum ministratio infirmis necessaria est, vti omnes fatentur. Deinde excusantur Concionatores, si ex officio vel obedientia huic muneri incumbant, vel eorum ministerium populo docendo non leuiter necessarium fuerit: Vti ex communi docet Nauarr. *cap. 21. num. 16. Valen. disp. 9. q. 2. pun. 5. Bonac. disp. vlt. de præcepto. Ecclesia. q. 1. pun. vlt. num. 13. Lectores vero, & Magistri qui vel in studendo, & explicando lectionem, nimis defatigantur, quales in Societate censent esse Latine lingue præceptores, quatuor, vel quinque horis huic muneri satis laborioso, & populo Christiano nimis peritili vacantes, à ieiunij lege excusantur, prout colligitur ex D. Thom. *2. 2. q. 147. art. 4. ad 3. Maiore. disp. 15. q. 3. col. 5. Gab. disp. 16. q. 3. art. 1. Fagundez. cap. 8. in fine. Layman. cap. 3. n. 4.* Præterea excusat Tabiena *verbo Ieiunium. n. 16. Saa. n. 9. Fagundez. & Bonac. loc. citatis, Confessarios* longo tempore per diem excipientes penitentium confessiones, à quibus si ieiunant coguntur desistere, quia Ecclesia non præsumit velle impedire ob præceptum ieiunij, opera charitatis, & religionis præstantiora. Item excusatur coniux si ob ieiunium notabiliter impotens reddatur ad debitum moderatè pretium exsoluendum, quia obligatio reddendi debitum est de iustitia, quæ præferri debet temperantiae positio præcepto: vt docet Caietan. *verbo Ieiunium. cap. 3. Nauarr. cap. 21. num. 16. Valen. 2. 2. disp. 9. q. 2. p. 5. §. necessitas. Saa. verbo Ieiunium. num. 3. Lessius dub. 6. n. 44. Sanch. lib. 9. de matr. disp. 3. n. 10. Filliuc. 1. 1. tract. 10. cap. 9. n. 307. & 1. 2. tract. 27. cap. 6. n. 119. Layman lib. 4. sum. tract. 8. cap. 3. num. 4.* Dixi notabiliter, nam ob aliquam debilitatem excu-*

fari à ieiunio nequit, si debitum reddi absolute possit, quia hoc coniugis debitum exigens solum valet impedire præcepti positum executionem debiti redditioni absolute obstantem, non autem aliqualem diminuentem. Vti bene aduertit Sanch. *dicta disp. 3. num. 5. obi. num. 6.* inquit, id esse intelligendum, nisi vxori periculum incontinentie immineat, nisi vix ad copulam frequentiore poterit efficiatur, quia lex charitatis strictius obligat videtur, quam Ecclesiasticum mandatum. Ob quam causam excusatur vxor timens rixam, & discordiam non leuem mariti, si eius petitioni cœnandi non annuat, quia eo casu præceptum ieiunij cessat ob charitatis conseruationem. Sicuti tradit Abbas in *Rub. de obseruat. ieiunij. num. 8. Syluest. verbo Ieiunium. num. 15. Caiet. ibi. cap. 3. Nauarr. cap. 21. n. 19. Sanch. disp. 3. n. 19. Lessius dub. 6. num. 24. Layman. cap. 3. num. 4. Quinimo excusari vxorem ratione conseruandi amorem mariti ergo ipsi si probabiliter timeret notabiliter minuendum, eo quod ieiunans pallida, & deformis appareat docet Caietan. Nauarr. & Sanch. *locis citatis. Lessius num. 43. Villalobos de ieiunio tract. 23. diffcult. 4. num. 17. Filliuc. tract. 27. cap. 6. num. 14. Ioan. Sanch. disp. 54. in selest. num. 14. Fagundez de 4. Ecclesia præcepto. cap. 8. num. 18.* quam doctrinam extendunt Ludouic. Lop. *2. p. de ieiunio. cap. 111. in fine. Sanch. dicto lib. 9. disticta. num. 5. & 12. Fagundez. n. 18.* ad feminam nubere volentem, si ob ieiunium futura deformis præsumatur, quia creditur in graue eius præiudicium.*

De operibus pietatis, & religionis non obligatorijs, nec in utilitatem publicam immediate cedentibus variant Doctores, an ob eorum susceptionem licet ieiunium solui possit? Negant loquentes de peregrinatione, causâ pietatis instituta Gab. *in 4. d. 16. q. 3. art. 1. notab. 4. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. & in sum. verbo Ieiunium. §. ex pietate. Nauarr. cap. 21. num. 18. Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 8. Paul. Layman lib. 4. sum. tract. 8. cap. 3. num. 5.* ducuntur, quia regulariter laboribus est anime ieiunium, quàm peregrinatio absequi ieiunio. Præterea opera præcepta omitti non debent ob opera consilij quantumuis excellentiora, sed generaliter ob quodlibet opus pium excedendum, quinimo ob laborem in veneratione, piscatione, ludo, alijsque simili suscepto, ieiunium solui posse tradit præter Doctores quos retuli *disp. 1. de legib. pun. 21. Bonac. de peccatis disp. 2. q. 8. pun. 1. n. 16.* dummodo id non faciat in fraudem ieiunij hoc est intentione ieiunij soluendi. Dicitur, quia omnia illa opera ieiunium non impediunt per se, sed per accidens, cum possint illis vacantes ieiunare. At præceptum ieiunij non obligat abstinere ab his operibus, quæ cum ieiunio compari possunt, alijs illis operibus incumbentes quantumuis intentionem habent ieiunandi aduersus legem ieiunij peccant. Quando autem ea opera præstas intentione violandi ieiunium iam affectu peccas. Cæterum distinguendum est: aut ieiunium soluere vis antequàm opus pietatis incipias, vel postquam opus illud inceptum est, & ratione illius corpus defatigatum. Si loquamur de solutione ieiunij opere laborioso suscepto nemini potest esse dubium te licite eo tempore ieiunium soluere, quod non solum verum habet, cum necessitas ieiunij soluendi prouenit ex opere pio, & religioso, sed etiam prouenit ex opere laborioso turpi, & inhonesto: sed ieiunium soluere vis antequàm liberum opus pietatis crederis, credo te nullam causam legitimam habere illud soluendi, quia eo tempore lege ieiunij aliteringis, à qua sola intentione exequendi opus pietatis liberari non potes. Secus vero est, cum opus pietatis obligatorium est, vt necessitati proximorum consulas, tuzue utilitati attendas, aut proprio muneri satisfacias. Quippe ea obligatio, seu necessitas exequendi id opus eximit ab obligatione ieiunij, vt potè quæ cum prædicta obligatione consistere nequit. Neque inde fit te non posse opus illud pium suscipere, ex cuius susceptione vides te deobligandum fore à lege ieiunij; potes vtiq; vt probat ratio superius allata quod lex ieiunij non prohibet peregrinationem, aliter, opus, quod non per se, & immediate, sed per accidens tantum ieiunio repugnat. Vbi enim est præceptum, quod prohibeatis ab oppido exire vt ieiunium seruetis? Quis nullibi est tale præceptum, quia hoc ieiunij præcepto solum astringuntur qui potentes fuerint à illius obseruationem, dum parentes extiterint. Nequa probanda est restrictio Bonac. asserentis id verum esse; dummodo in fraudem ieiunij, seu intentione non seruandi ieiunium, opus pium suscipiatur. Etenim si suscepto opere pio nulla est obligatio ieiunij seruandi, nullius culpa reus eris ea intentione ieiunium suscipiens: Est enim intentio de te honesta, & licita, ob quam dici non potes fraudem committere in præceptum, sed fugant à præcepto. Aliud namque est velle præcepti violationem, cum adest illius obligatio, aliud velle te exemptum, excusatamque esse ab ea obligatione, primum iniquum est, secundum vero licitum. Quando autem hanc excusationem habere intendis operis iniqui susceptione, esto Bonac. censet te aduersus legem ieiunij

icium nan peccatum, verius credo oppositum ex vfu, & consuetudine à Doctores communitè approbat, affectibus legem icium obligare, ne absque rationabili causa re ab illius obligatione subtrahas, & consequenter ne apponas causam iniquam, ex cuius positione excusaris.

His addendum est saepe contingere quemvis probabiliter existimare causam iustam, & legitimam excusantem à icu- nio adesse, eum tamen re ipsa legitima non sit. Quo casu non peccat, consultiusque erit Confessario dissimulare, si nullum ex monitione fructum speret, quin forte timeat deterius prolapsum. Sicuti rectè monet Caiet. verbo Ieiunium. §. quoad tertium. Navarr. cap. 2. n. 20. Tolet. lib. 6. cap. 4. in fin Gregor. de Valco. disp. 9. q. 2. pun. 5. sub finem. Paul. Layman. lib. 4. sum. tract. 8. cap. 8. n. 6. Bonac. disp. vlt. de precept. Eccle- sia. q. 1. in fine Saa verbo Ieiunium. n. 14.

Quartum excusationis caput est dispensatio quæ locum habet cum dubia est obligatio, vel iusta adest causa dis- pensationis. Etenim cum in lege icium tria contingantur abstinencia à car- nibus, vnicæ refectio, & illius signata ho- ra, minor causa requisita est, vt ab horæ designatione exi- maris, vt gemitam refectioem sumas, maxima vt carni- bus vescaris. Si autem dispensatio non tibi tantum, sed communitati concedenda est, grauior causa, eaque com- munitatem spectans adesse debet. Scante verò causâ non solum Pontifex, sed Episcopus suis subditis dispensationem concedere potest: nam esto icium iure communi Episco- pus abrogare non possit, attamen potest hoc. Vel alium subditum ab ea lege excimere, causa iusta intercedente ex pos- sessate à Pontifice acceptâ, consuetudine, & vlu comprobata aliâ conscientis fidelium, eorumque spiritali gubernati- oni non esset factis prouisum, etsi in his rebus passim occur- rentibus necessarium esset Pontificem consuli. Vt rectè tra- dit D. Thom. ceceptus. 2. 2. q. 147. art. 4. Nauarr. cap. 2. n. 20. & 2. AZOR. 1. p. instit. moral. lib. 7. cap. 18. alias 29. q. 5. Fagund. de quarto Ecclesie precepto. cap. 9. n. 1. Bonac. disp. vlt. de Ec- clesie preceptis.

Præter Episcopum potest Parochus cum Episcopus faci- le adiri non potest cum suis parochianis dispensare, quia hæc potestas recto Ecclesie regimini necessaria videbatur. Vnde dicitur tract. de legib. disp. 6. pun. 5. n. 11. & præter Do- ctores ibi relatos docet Syluest. verbo Ieiunium q. 7. Resol- uita. 6. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. & in sum. verbo Ieiunium. c. 3. Nauarr. cap. 2. n. 20. Medina sum. lib. 1. cap. 14. §. 10. Fagund. de quarto Ecclesie precepto. cap. 9. n. 1. Lessius. lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 45. Medicus, Conf. stans, aliisque viri doctus pote- state non habet in icium dispensandi. sed solum declaran- ditæ causam legitimam habere, vt à lege icium excimaris; vel tibi dispensatio concedatur. Comparatione verò Re- ligiosorum, Generalis, Provincialis, & Superior localis pote- statem habet cum suis subditis dispensandi, vt prædicti Do- ctores aduertunt.

Societ autem causa legitima adesse non quidem abrogan- di icium lege communi statutum, sed illud abrogandi in alium diem. Etenim si ieiunium incidat in aliquod fe- stum solemne, sicuti si vigilia S. Ioannis Baptistæ incideret in festo corporis Christi sufficiens causa esset, vt Episco- pus commutaret eam vigiliam in diem præcedentem. ar- gum. c. 1. de obseruat. ieiunior. & ibi Panormit. n. 10. Syluest. verbo Ieiunium q. 7. n. 19. AZOR. 1. p. lib. 7. cap. 18. alias 29. q. 5. Fagund. cap. 9. n. 4. Bonac. disp. vlt. q. 1. in fine. Deinde si oc- currit vigilia eo die, præsumitur à multis seruanda non esse, vt euenit cum vigilia S. Matthæi incidit feriâ secun- dâ, vel tertiâ Quinquagesimæ, poterit Episcopus, quinimo consultum erit in Sabbathum præcedens quinquagesimam commutare, quia hæc non præcepti abrogatio, sed con- uentus, & salutaris mutatio, vt plurima peccata viten- tur vt rectè notauit Paul. Layman. lib. 4. sum. tract. 8. cap. 3. in fine.

Agendum in præsentem erat, An dispensatus in obligatio- ne abstinentiæ à carnisbus teneatur vnicam tantum refec- tionem sumere. Sed de hac questione egi tract. 25. de Bul- la Cruciatâ. pun. ...

PUNCTUM III.

De vitio Insensibilitatis, seu stuporis Abstinentiæ opposito.

- 1 Quid sit huiusmodi vitium?
- 2 Negant plures dari posse aliquam legem, cibum vitæ ne- cessarium interdicens, neque subditum ad illius ab- stinentiam se obligare posse.
- 3 Quomodo hæc obligatio iudici possit explicari.

1 Nitio huius Disputationis diximus abstinentiæ per defe- ctum opponi insensibilitatem, seu stuporem consisten- tem in fuga cibi sumendi, vbi & quando sumi oportebat. *¶* ord. de Castro, de Inst. & Cur.

esseque hoc vitium mortale, vel veniale peccatum, prove fuerit obligatio cibi sumendi. Quapropter cibum nec- cessarius est ad vitam conseruandam, debitum coniugale moderatè reddendum, peccatum grane est oppositum vir- tuti abstinentiæ, per defectum ab eo abstinere.

Questio autem est, An dari possit aliqua lex astringens subditos, ne aliquem cibum vitæ necessarium sumant, vel saltem ipsi subditi ad illius abstinentiam propriâ volun- tate se astringere possint? Quam questionem mouent Do- ctores occasione Carthusianorum, qui etiam in vitæ dif- crimine à carnisbus referuntur abstinere ex proprio illius sanctissimæ Religionis instituto. Negant plures grauissimi- que Doctores Conarum. lib. 1. var. cap. 2. n. 10. AZOR. 1. p. in- stit. lib. 5. cap. 6. q. 7. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 14. n. 11. Becanus. 2. 2. tract. 3. cap. 6. q. 4. n. 12. Bonac. 2. 2. disp. 2. de peccat. q. 8. pun. 2. n. 16. & alij relati à Ioanne de Salas de legib. disp. 11. sect. 2. n. 23. & 27. eam legem ferri posse, vt potè iuri na- turali, vitæ conseruationem strictissime ex genti aduer- sam, aut votum aliquod fieri de prædictâ abstinentiâ à lege naturali reprobata. Quapropter Carthusiani in vitæ discrimine constitutus, cui probabiliter constaret carnes sibi necessarias esse ad vitam tuendam poterit carnisbus ves- ci, eum nulla lege, nec voto ad illarum abstinentiam ad- stringi poterit, quinimò teneretur, nam seclusâ obligatio- ne legis, & voti nulla superest honesta, & rationabilis causa vitam prodigendi. Farentur tamen, & rectè prædicti Doctores posse Carthusianum, & quemlibet alium à carnisbus abstinere, tamen si videat illarum esu durius victurum, seu illarum abstinentia citius moriturum, quia ob carnis illecebras comprimendas, concupiscentiamque sedandam, pro peccatis aliqualem satisfactionem exhibendam, lauda- bile est vitæ cultum permittere breuiorem, aliâs condem- nandi essent omnes viri austeram vitam degentes. In con- trarium autem est Victoria relect. de temperant. à n. 8. Lessius. lib. 4. cap. 3. dub. 2. n. 12. Sanchez lib. 6. sum. cap. 15. n. 39. & alij asserentes licitum esse Carthusiano à carnisbus abstinere sibi ad vitam tuendam necessariis, vt inactum, & illatum suum rigidum statutum perseueret.

Ceterum etsi verissimum sit non posse absolute lege ali- quâ positâ abstinentiam à carnisbus iudici, cum nullum aliud suppetat medium vitæ conseruandæ, neque propria voluntate ad illius obseruationem quemquam se posse astringere: at casu quo putaretur ea abstinentia grauius necessaria bono communi, & lege, & voto ad illam obser- uandam astringi poteris. Nam vt tract. 3. de legib. disp. 1. pun. 16. probauimus lege positâ obligari potes cum graui vitæ periculo, si ea obligatio cedat in boni communis necessariam conseruationem. Quapropter, si abstinentia à carnisbus etiam in extremo vitæ necessaria esset ad Reli- gionem tuendam, Republicamque conseruandam, dubium esse non potest, quin lege positâ, & à fortiori voto ad il- lius obseruationem astringi possis. Non autem existimo legem Carthusianam carnis esum prohibentem eo rigore laram esse, aut votum à carnisbus abstinentiæ ab ea cir- cunstancia suscipi, quia ad propagationem, & conseruationem illius sanctissimi instituti opus non erat abstinentiam à carnisbus sub eo rigore iudici, cum inde potius homines ab il- lius susceptione retraherentur. Quod satis indicat lex, cum casum mortis non expresserit, sed absolute fuerit prolata. Præterquam quod vix intelligi possit, quomodo ea absti- nentia bono communi generaliter, & per se necessaria esse possit. Etenim ratione sui nunquam potest esse necessaria, cum sit legi naturali aduersa; neque item esse potest vt ex- tra illum euentum abstinentia exactius obseruetur omni relaxatione, & dispensationi viâ præclusâ, quia medium de se iniquum aptum esse non potest ad finem honestum con- sequendum, & licet ex illo medio is finis proueniat, non est tamen assumendum, quia non sunt faciendâ mala vt inde eueniant bona. Solum autem per accidens necessaria esse posset hæc abstinentia, si probabiliter timeres inde reli- giosam disciplinam labefactandam esse. Sed hoc cum sit per accidens non sufficit ad legem communem statuendam, præsertim cum hoc scandalum non sit datum, sed acceptum, cui facile occurri potest veritate, & obligatione legis na- turalis declaratâ. Ex quibus omnibus concludo Carthu- sianam, & quemlibet alium abstinere à carnisbus posse, si probabiliter timer Religionis debitam obseruanciam ab aliquibus vel ex malicia, vel ex ignorantia inde minuendam esse, non tamen obligari, quia nemo teneretur cum graui sui damno scandalum pharisaicum vitare. Secluso autem præ- dicto euentu neque posse abstinere, sed potius obligatum esse carnisbus vesci, quia nulla subest rationabilis causa per- mittendi sui necem.